¶Doctor dicitur habere scientiam eminentem qui subtiles questiones discutere z diffinire nouit.z in promptu responsiones habet.ibi.nu.25.
¶Doctores ita possunt habere excellentiam doctrine.q licet per delictum debeant mori vel aliter puniri corporaliter.pena illis remitti debet.ibi.nu.27.
¶Alia circa doctores. ibi. nu.26. et in.l. 45.nu.4.
¶Dolus animi probatur ex verbo. in.l. 4.fol.lix.nu.178.
¶Dolus de futuro non potest remitti. in.l.23.fol.cxlvj.nu.2.
¶Dolus est delictum.in.l.44.fol.ccxij. nu.17.
¶Dolus presumitur propter clandestinitatem.in.l.47.fol.ccxxvij.nu.9.
¶Alia circa dolum.in.l.62.nu.15.in.l.65. nu.29.in.l.66.nu.5.z in.l.81.nu.17.cum duobus seq.
¶Omnium rei donate redemptione captiuorum transit ipso iure absq; traditione.in.l.15.fol.cxxj.nu.41.
¶Dominium est duplex directum et vile. in.l.68.cum.5.sequen.folio.cccxx. nu.38.
¶Dominium probatur per instrumenta maxime antiqua.et priuilegia. Rode. Sua.in libro quem direxit Lardi.Burg. fol.138.col.2.
¶Alia circa dominium videatis vt supra. super verbo directo.
¶Dominus possidens fundum potest auctoritate propria edificium factum in illo destruere.in.l.44.fol.ccxij.nu.2.
¶Dominus si videt causaz suam per falsum procuratorē suo nomine agi. fit pre iudicium non contradicendo.ac si mandasset.de quo videatis.in.l.52.cum.5.seq. fol.cclj.nu.29.
¶Domino domus licitum est claudere hostium inquilino.et illum ejicere de domo si non soluit pensionem.in.l.66.fol. cccv.nu.28.
¶Dominus quando eligit soluere estimationem meliorametorum que fecit emphiteota in re emphiteotica. non fiet estimatio prout valet ipsum edificium integrum et incorruptum. sed prout valent rudera ab edificio separata. ibi. nu.33.
¶Dominus directus si vendit ius suum emphiteota non poterit illud extrahere pro tanto.in.l.68.cum.5.seq.folio.cccxx. nu.39.
¶Donatio quando inuenitur simpliciter intelligitur de inter vinos donatione. et idem quando est facta mentio mortis per modum dilationis tantum.et potest intelligi ex causa dilationis factam esse mortis mentionem.quando in verbis importantibus executionem facta est mentio mortis.et non in verbis importantib⁹ substantiam donatiōis.in.l.3.alias.1.fol. vij.nu.17.
¶Donatio inter vinos quibus verbis inducatur.q̄nus in ea facta fuerit mentio mortis.et que dicatur et qualiter cognoscatur.ibi.nu.18.Et videte Rode.Sua.in allega.20.fol.180.cum seq.
¶Donatio facta ab infirmo.an in dubio presumatur causa mortis.ibi.nu.19.
¶Donatio causa mortis si omnes vltime voluntatis solnatur effectus. ibi. nu.21.
¶Donatio causa mortis an sit vltima voluntas.ibi.nu.22.
¶Donatio causa mortis an in numero testium equiparetur vltime voluntati.ibi nu.23.
¶Donatio causa mortis valet cum duobus testibus si corā iudice insinuetur. ibi. nu.24.
¶Donatio pris in filiū,i potestate z marin in vxorem cum ambulent paribꝰ passibus z neutra valet.sed morte confirmatur.si pater cogitat delinquere poterit donare filio sub conditione.que confirmatur si contingat eum deportari z bona cōfiscari.z tunc haberent locum que dixi in l.2.nu.7.de donatione facta per maritum vxori.ibi.nu.8.
¶Donatio causa mortis est priuati iuris.in.l.3.fol.xxxiij.nu.8.
¶ Donatio causa mortis prout in esse deducitur.censetur cōtractus.ibi.nu. 10.
¶Donatio causa mortis postq̄ est i esse producta equiparatur vltime voluntati. ibi.nu.11.
¶Donatio facta de regno hierusalem p papam vel imperatorem Carolo magno z eius successoribus in regno Francie videtur esse superflua.z sine vllo effectu.qa redimens seu recuperans regnum hierusalem aut aliud regnum a saracenis infidelium.consequitur plenū ius in illo regno absq; vlla pape donatione.ibi.nu.18.
¶Donata ab imperatore vel rege filio fami.quasi castrensis peculij naturam habent.ibi.nu.33.
¶Donationem propter nup. vxor non lucratur quando non sustinuit onera dotis dande.in.l.4.fol.lix.nu.186.
¶Donatio facta p carentē liberis reuocatur habitis filijs legitimis postea natis.in.l.10.fol.xcvij.nu.4.
¶ Donatio vel melioratio inter vinos non potest reuocari per solam penitentiam de iure communi.in.l.15.folio.cxv. nu.6.
¶Donatio facta a patre filio in potestate est ipso iure nulla.ibi.nu.7.
¶Donatarius causa mortis si receperit rem donatam aut eius scripturam. donationem dictam reuocari non posse.ō quo videatis ibi.nu.15.z.25.
¶Donans instrumenta emptionum.videtur donare res emptas.ibi.nu.17.
¶Donate rei retinens vsufructum. rem videtur tradere.ibi.nu.24.
¶Donatio patris facta filie in potestate causa dotis sicut valet.ita valet filio in potestate causa studij irreuocabiliter.ibi. nu.34.
¶Donatio vel melioratio facta a patre vel matre filio pro eius redemptione ab hostibus.per solam penitentiam donantis vel meliorantis reuocari non potest. ibi.nu.40.
¶Donatio aut melioratio facta filie pro ingressu monasterij. comprehēditur sub hac parte presentis legis.ibi.nu.44.
¶Donatio vel melioratio a patre vel matre filio pro sua legitima facta valet ir reuocabiliter.ibi.nu.45.
¶Donatio inter patrem z filium in potestate firmatur iuramento irreuocabiliter.z qualiter hoc intelligatur videatis. ibi.nu.46.z Rode.Sua.in libro quē direxit cardi.Burg.fol.84.
¶Donatio aut melioratio facta a patre filio causa militie est irreuocabilis. ibi. nu.47.
¶Donator potest apponere tēpori donationis legem quam ipse voluerit rei a se donate.ibi.nu.48.
¶Donator potest apponere legē rei donate tempori donationis.q̄ illa nō transeat in ecclesiam.ibi.nu.64.
¶Donatio seu melioratio remuneratoria aut propter bene merita non potest reuocari per ingratitudinem. ibi.nu. 94.
¶Donatio illa que de sui natura potest reuocari propter ingratitudinis causas. si fiat propter bene merita z seruitia.nullo modo potest reuocari.ibi.nu.96.
¶Donetio remuneratoria non iudicatur per regulas aliarum donationum.ibi nu.98.
¶Donatio remuneratoria vale tsine insinuatione.q̄nus quingentos excedat solidos.ibi.nu.99.
¶Donatio remuneratoria per filiorū natiuitatem non reuocatur.ibi.nu.100.
¶Donatio remuneratoria non est ꝓprie donatio.ibi.nu.101.
¶Donatio que fit causa remunerationis non est vera donatio.ibi.nu.102.
¶Donatore conualescente.ne dum res

Universidad de Deusto
Biblioteca

donate, sed etiam fructus condicuntur. quo ad fructus tamen est secus in donatione inter vivos in casibus in qbus potest revocari. de quo videatis. ibi. nu. ſi.

¶ Dono quintã partẽ proprietatis possessionum mearum. perinde est ac si dicerẽ dono quintam partem bonorum meorũ in. l. 19. fol. cxxxv. nu. 11.

¶ Donans omnes possessiones suas nõ continentur mobilia. nec se mouentia ex cõmuni vsu loquendi. ibi. nu. 19.

¶ Donatio facta alicui descendenti intelligitur meliorato. & postea donatarius nec alius poterit meliorari. nisi in illo qõ plus est tertium & quintum donatione. in l. 23. fol. cxliij. nu. 2.

¶ Donatum filio ob merita precedentia habet ex operibus suis. & sic est aduentitium. in. l. 24. fol. cxlvij. nu. 3.

¶ Donatio facta in vltima voluntate. et per cõsequens donatio causa mortis habetur pro melioratione. ibi. nu. 4.

¶ Donatio causa mortis revocatur per reconualescentiam. ibi. nu. 5.

¶ Donatore causa mortis reconualescẽte. ne dum res. sed fructus condicunt. ibi nu. 6. & dixi. in. l. 15. nu. ſi.

¶ Donatio annumeratur in tertio & qnto ad hoc vt nec ipsum nec alium possit donans meliorare. nisi ad implendũ tertium & quintum. ibi. ſ. in. l. 24. nu. 16. & dixi. in. l. 23. nu. 2.

¶ Donatione precedente & sequuta melioratione facta alteri. si donatio & melioratio excedunt tertium & quintum. qd excessus extrahetur de melioratione & non de precedente donatione. de quo videatis. ibi. ſ. in. l. 24. nu. 17.

¶ Donatio facta vxori non solum revocatur per obligationem rei donate. sed etiam per donationem eiusdem rei factã a marito. qui eam donauerat vxori. ibi. nu. 20.

¶ Donatio facta filio in potestate revocatur de iure communi per aliam donationem factam emancipato. ibi. nu. 22.

¶ Donans vxori quidcq & postea obligans omnia bona. qd per generalem obligationem non videtur revocata donatio ibi. nu. 23.

¶ Donatio prima facta filio in potestate non revocatur per secundam factaz emãcipato. quia quantum ad hoc non debet fieri differentia filij emancipati. et in potestate de iure huius voluminis. ibi. nu. 24.

¶ Donatio facta a patre filio in potestate non ex propria & spontanea voluntate patris. sed ex illius filij assidua petitione. non confirmatur morte patris. ibi. nu. 29. seu finali.

¶ Donauit quidam alicui fundũ vt post certum tempus esset alicuius ecclesie. donatorem posse sola eius voluntate hoc remittere pactum. in. l. 25. fol. cliij. nu. 30. & videte in. l. 43. nu. 4.

¶ Donatio facta inter vivos irrevocabiliter omnium bonorum presentium & futurorum retento vsu fructu cum pacto qd post mortem donatoris donatarius daret dimidiam bonorum vel estimationez pauperibus & puellis maritandis. qd respectu dimidie dande pauperibus & puellis maritandis poterit revocari. ibi. nu. 31.

¶ Donatio si est talis que non debet indicari secundum titulum lucrativum sed onerosum. legitima filiorum preiudicari poterit. vt in donatione reciproca. in. l. 26. fol. clix. nu. 7.

¶ Donationis remuneratorie seu de obligatiõe antidorali. videte remissiue. 18. effectus. aut casus cum limitatione. ibi. nu. 11.

¶ Donatio reciproca si fit alicui coniugum communicabitur inter illos quo ad fructus dicte donationis. ibi. nu. 12.

¶ Donatio reciproca inter coniuges facta constante matrimonio. hoc modo si contingat alterum premori. superstes habeat bona. valet & tenet. ibi. nu. 13.

¶ Donatio remuneratoria valet inter coniuges. si illud pro quo fit talis donatio fuit datum constante matrimonio. ibi. nu. 14.

¶ Donatio presumitur in dubio ratione coniunctionis personaruz. ibi. nu. 16.

¶ Donationem presumere tria facit. in l. procula. ff. de proba. ibi. nu. 17.

¶ Donatio si ab initio valet non computatur in legitima. tamen confertur. A pncipio autem donatione non valente sed confirmata computatur sed non conferẽ

in. l. 27. fol. clxiij. nu. 2.

¶ Donatio immensa in vnum ex liberis collata. per alios quantum ad legitimaz revocatur. ibi. nu. 6.

¶ Donatio etiam ob bene merita facta filio potest tanqm inofficiosa revocari. & sic pater non potest remunerare quenqm in preiudicium legitime filiorum. ibi. nu. 7.

¶ Donare pater nõ videtur quãdo mittebat pecuniam ad filium. & scribebat in suo libro rationum qd faciebat animo cõpensandi. vel aliter hoc declarabat quãdo mittebat per protestationem vel alias. de quo videatis ibi. nu. 77.

¶ Donatio facta per patrem filio in potestate ob merita filij ad hoc vt bodie statim irrevocabiliter valeat. tria copulantue requruntur. ibi. nu. 85.

¶ Donationem aliquam simplicez si imperator vel alius qui non recognoscit superiorem facit filio fami. non debet imputari in legitima. sed an conferatur. videatis. ibi. nu. 96.

¶ Donatio propter nup. an equiparetur doti in hoc quod ait presens lex de electione temporis circa dotem. ibi. nu. 127.

¶ Donationi propter nup. dicũt in hispania arras. in. l. 49. fol. ccxxxv. nu. 6.

¶ Donatio propter nup. & arre differũt in tribus. ibi. nu. 7.

¶ Donatio facta per attinentes sponse sponso. vel econtra. cuius contemplatione dicatur facta. in. l. 50. fol. ccxxxvij. nu. 4.

¶ Donatio de omnibus castris suis facta a notorio & manifeste qd dico. cui nõ erat bonis interdictum. valeat aut non. ibi. nu. 21.

¶ Donatio omnium bonorum presentium & futurorum valeret. quãdo donãs reseruat sibi aliquam quantitatem vel rẽ de qua testari possit. in. l. 67. folio. cccix. nu. 8.

¶ Donatio presentium & futurorum de iure communi. & per istam. l. etiam. solum presentium in tantum non valet qd nõ firmatur iuramento. ibi. nu. 12.

¶ Donator nunquid poterit renuntiare huic. l. ibi. nu. 16.

¶ Donatio (de qua hic) prohibita. valeret si quis donaret ecclesie. ibi nu. 17.

¶ Donatio facta ecclesie per natiuitatem filij non revocatur in totuz. sed vsqz ad legitimam tantum. ibi. nu. 19.

¶ Donans omnes res suas. nunquid videatur nomina debitorum suorum donare. ibi. nu. 22.

¶ Donans bona sua post mortem suam alicui. si dicat si non valet vt donatio causa mortis. valeat vt donatio inter vivos. an valebit eo modo quo valere potest. ibi. nu. ſi.

¶ Donatio facta per delinquentez post delictum commissum. an valeat. in. l. 75. fol. cccxxxj. nu. 2.

¶ Donatio inter virum & vxorem valet in casibus de quibus remittitur. in. l. 79. fol. cccxliij. nu. 7.

¶ Alia circa donationem in. l. 2. nu. 7. in l. 14. nu. 13. in. l. 15. nu. 7. & 8. & 9. & 25. & 78. & 83. in. l. 19. nu. 32. & 33. in. l. 20. nu. 2. in. l. 21. nu. 14. in. l. 24. nu. 7. & 19. & 21. & 27. & 28. in. l. 26. nu. 5. & 10. & 18. in. l. 27. nu. 5. & 85. & 87. cum quatuor sequẽ. & nu. 93. & 94. & 95. & 97. in. l. 50. nu. 1. et 3. & 16. & 17. & 20. & 26. in. l. 51. nu. 2. & 3. & 19. in. l. 52. cum. v. sequen. nu. 51. cum tribus sequen. in. l. 66. nu. 3. & 42. & in. l. 97. nn. 14.

¶ Alia circa donationem propter nup. in. l. 4. nu. 188. in. l. 27. nu. 13. & in. l. 51. nu. 16. & ſi.

¶ Dos est debitum legale & illa minuit legitimam filiorum. in. l. 4. folio. lxvj. nu. 260.

¶ Dote in constituenda a patre pro filia naturali aut spuria non sunt habene lexã de. sed solum vsqz ad modum alimentorum. ita qd habeat alimenta perpetua. in. l. 7. fol. lxxxij. nu. 39.

¶ Dos non solum est restituenda vxori que separatur a marito quo ad thorũ pter eius seuitiam & crudelitatem. ex illo qd cum vxore vitam maritalem non facit verum etiam medietas lucrorum acquisitorum per maritum ante dictam separationem. in. l. 12. fol. cv. nu. 14.

¶ Dos & donatio propter nup. equis passibus ambulant. in. l. 15. fol. cxx. nu. 27.

¶ Dos data pro matrimonio illicito. qõ non est secutum. vtrum repeti possit. ibi. nu. 30.

¶ Dos aut donationes si sunt inofficio

Universidad de Deusto
Biblioteca

se quia exceptis legitima tertio ꝛ quinto legitimam aliorum filiorum tangunt. excellum esse dividendum inter alios heredes testatoris.in.l.27.fol.clxiij.nu.5.

¶Dos quemadmodum constante matrimonio dicitur titulus oneros⁹ respectu illius qui eam recepit.s. mariti.cuius respectu vxoris pro qua datur. dicatur lucratiuus.ita donatio ꝓpter nup. dicitur obuenire vxori ex titulo oneroso. licet respectu mariti pro quo data est. dicatur titulus lucratiuus.ibi.nu.13.

¶Dos data a patre filie in potestate vel emancipate computatur in legitima succedendo ipsi patri.ꝛ confertur.ibi.nu.39.

¶Dos si datur ab auo nepti.an imputabit filio idest pri ipsius neptis.ibi.nu.4.

¶Dos quam pater dedit filie an computetur nepotib⁹ ex illa in sua legitima succedendo auo moꝛua matre.ibi.nu.42.

Et videte Rode.Sua.in repe.l. quoniã in priuilegiis.fol.69.col.4.in versi.Sed superest.

¶Dos data nepti ab auo.an computet sibi in legitima.ꝛ an conferat si succedit cum patruis ꝛ amitis.pre aut matre suis moꝛtuis.ibi.nu.43.

¶Dos data ab auo nepti.an imputetur eius legitia in successiõe pris.ibi.nu.44

¶Dos data filie a patre de bonis suis. an debeat computari in legitima patre moꝛtuo predicte filie succedenti auo cum patruis vel alijs.ibi.nu.45.

¶Dos quam dedit filius filie sue de peculio patris sui idest aui predicte mulieris dotate.an computetur ipsi filio in legitima.ꝛ sit conferenda.ibi.nu.46.

¶Dos quam dedit filius sozori siue nate ex vtroq; parente de bonis patris cõmunis.cui sit imputanda.ꝛ quis illam cõferre tenetur.ibi.nu.47.

¶Dos ꝛ donatio ꝓpter nup. equiparantur.ibi.nu.52.et videatis.in.l.15.nu. 27.ꝛ.in.l.49.nu.1.

¶Dotis causa semper idest omni tẽpore ꝛ vbiq; idest omni loco.ꝑcipua.idest priuilegiata est.ibi.nu.54

¶Dos est priuilegiata specialiter a iure. ibi.nu.58.

¶Dos data pro matrimonio illicito.qõ non est secutum.vtrũ repeti possit.ibi.nu. 61,ꝛ dixi in.l.15.nu.30.

¶Dos cũ succedat loco legitime.quãd modum in legitima non potest immungi fideicõmissum.ita in dote que non est vltra legitimam.ibi.nu.65.

¶Dos an sit inofficiosa quo tempore inspicitur de iure communi.in cauẽ.l.27. nu.126.

¶Dos si est promissa alicui.ille non cogitur ducere vxoꝛẽ.nisi soluatur sibi dos ꝛ si duxit.ꝛ illi non soluitur. potest illam de domo ejicere ꝛ remittere eam ad domum suoꝛum.quod raro faciunt.nisi homines miseri.et non tenetur illam alere. quod procedit etiam si pars dotis soluatur.non tamen tota dos.ibi.nu.129.

¶Dos si non est data neq; promissa. et maritus traduxit vxoꝛem ad domum.nũ quid poterit eam expellere.ꝛ denegare alimenta.ibi.nu.130.

¶Dos si fuit promissa ꝛ non soluta. casu quo poterat maritus expellere vxoꝛem ꝛ denegare illi alimenta.an si et alimenta prestiterit.ꝛ nihil est protestatus.poterit illa petere.ibi.nu.133.

¶Dos data ꝛ promissa equiparantur.in.l.49.fol.ccxxxv.nu.2.

¶Dos promissa ita appellatur dos sicut data.ibi.nu.3.

¶Dos cuius detur vt perpetuo sit apud maritum.tamen soluto matrimonio debet reddi mulieri.ibi.nu.10.

¶Dos quando relinquitur arbitrio boni viri.debet eius constitutio fieri inspectis dignitate.facultatibus testatoris.et numero liberoꝝ.in.l.50,fol.ccxxxviij. nu.18.

¶Dos quando publicatur.ꝛ maritus lucraturus est aliquid ex pacto. qualiter marito succurraꝛ.in.l.76.fol.cccxxxiij. nu.3.

¶Alia circa dotem. in.l.8.nu.49.in.l. 14.nu.10.ꝛ.11.ꝛ.12.in.l.20.nu.14.in.l. 23.nu.23.in.l.27.nu.48.ꝛ.50.ꝛ.55.et 57.ꝛ.64.ꝛ.131.ꝛ.132.in.l.47.nu.54.in l.49.nu.4.ꝛ.5.in.l.51.nu.2.cum duodecim sequen.ꝛ nu.16.ꝛ.18.ꝛ.27.ꝛ.28.et 29.ꝛ.31.ꝛ.32.ꝛ fi.in.l.52.cum.v.sequen. nu.85.in.l.59.nu.4.in.l.60.nu.2.in.l. 62.nu.17.ꝛ.70.et.145.et.152.in.l.75. nu.15.et.27.cum duobus sequen.in.l. 76.nu.1.in.l.77.nu.3.ꝛ in.l.80.nu.2. ꝛ.4.

¶Due rationes quando sunt in aliqua dispositione.ꝗuis vna cesset ratio. tamẽ ad hoc locum habet dispositio.in.l.49. fol.ccxxj.nu.51.

¶Due leges quando cõcurrunt ad vnũ effectum m.licet cesset vna remanet virtus ꝛ effectus alterius.ibi.nu.52.

¶De litera.E.



Celeste magis fauet ꝗ filijs extra legitimam.in.l.4. fol. xlvij.nu.75.

¶Ecclesia ꝗuis nõ habeat instrumenta de ciuitatibus suis.si tamen habet generalem opinionẽ. ꝛ ita dixerit alias prescriptam apud omnes.ꝗ sufficit.ecclesie pro plena probatione.in.l.39.fol.ccv.nu.ij.

¶Ecclesia potest facere contractus sibi honorabiles non seruata solẽnitate legali seu canonica.non tamen potest se obligare.in.l.52.cum.v.sequẽ.fol.ccl.nu.15.

¶Ecclesia tempore expeditionis nõ excusatur ab angarijs.in.l.65.folio.ccxcvj. nu.8.

¶Ecclesia concessit fundum in emphiteosim perpetuam simpliciter.deinde interpellato emphiteota ꝗ solueret. secit eum in iudicio citari pro canone soluendo.quanto tempore emphiteota in iudicio citatus ꝗ solvat priuabitur. an tunc etiam requiratur biennium.in.l.66.folio ccxcj.nu.36.

¶Ecclesia si concederet rez in emphiteosim non seruatis debitis solẽnitatibus.ꝗ tamen emphiteota ita teneretur soluere canonem ipsi ecclesie.sicut si emphiteosis fuisset concessa cum debita solẽnitate. ibi.nu.ij.

¶Ecclesie ꝛ pie cause magis fauetur ꝗ filijs exceptis illoꝝ legitima.in.l.67. fol.cccxj.nu.20.ꝛ dixi in.l.4.nu.75.

¶Alia circa ecclesiam.in.l.3.alias.1.nu. 127.in.l.4.nu.160.in.l.7.nu.76 in.l.30. nu.45.in.l.43.nu.1.in.l.61.nu.63.in.l. 64.nu.8.et in.l.67.nu.17.ꝛ.18.ꝛ.21.

¶Edibus distractis veniunt omnia ipsis edibus adiũcta.in.l.44.folio.ccxvij. nu.24.

¶Edificium cedit solo naturaliter ꝛ est citur eius cuius est solum.in.l.44. folio ccxij.nu.1.

¶Effectus notabiles iuramenti videte remissiue.in.l.3.alias.1.fol.xv.nu.78.

¶Electio tempoꝛis(de quo in ista.l.) ꝗ procedat,ꝛ locum habeat non solũ in dote.verum etiã,in donatione propter nup. tenere possemus.de quo videatis in.l.27. fol.clxix.nu.53.

¶Electio de qua in presenti.l.quanto finiatur tempoꝛe.ibi.nu.penul.

¶Electoꝛes non habent dignitatẽ episcopalem.tamen illam conferunt in electum.in.l.30.fol.clxxvj.nu.27.

¶Eligere seipsum quis non potest.ibi. nu.37.Et videatis in nu.41.infra.

¶Electioni de se facte potest quis cõsentire ꝛ illius consensus cõnumerabitur in numero eligentium.ibi.nu.40.

¶Eligere an poterit quis seipsum si inrant eligere meliozez.ꝛ ipse sit meliox.ibi. nu.41.

¶Electio si est cõmissa tribus possunt eligere vnum ex se.ibi.nu.42.

¶Electio vbicũq; secum trahit executionem.non est locus variationi.in.l.33.fol. cxcj.nu.2.

¶Electus non capit ex testamento eligentis sed eius qui restitui iussit.ibi.nu.5. ꝛ in.l.43.nu.penul.

¶Electio trahit secum executionem in vltima voluntate.in.l.50.folio.ccxl. nu.34.

¶Eligens semel si iudex pronũtiauit in eo faciendam executionem. amplius variare non poterit.ibi.nu.36.

¶Electio est variabilis sed non declaratio.ibi.nu.39.

¶Electio vt valeat in vltimis voluntatibus sex requirunt,que an sint vera.ꝛ vtrũ alia requirantur.ibi.nu.44.

¶Alia circa electionem.in.l.27.nu.17. in.l.50.nu.30.cum duobus sequen.ꝛ nu. 37.ꝛ.40.ꝛ.41.ꝛ.43.ꝛ.45.ꝛ in.l.51. nu.22.

¶Eleemosyna in faciẽda est dare gradũ in.l.7.fol.lxxxj.nu.32.

¶Emancipatus hodie confert emãcipato.in.l.27.fol.clxvj.nu.xv.

¶Emancipatus confert suo.ibi.nu.17.

¶Emancipare non poterit pater filium quo ad vnum actum tantum.in.l.45.fol.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cerrj.nu.44.
¶Emancipatio que fit sine rescripto pncipis non potest fieri ad diē.ibi.nu.46.
¶Alia circa emācipationē.ibi.nu.47.
¶Emergens proprie dicitur illud quod emergit in causa.¶ in iplo iudicio.et sic respicit processum.¶ non habuit causam vetustiorem ante iudicium.in.l.52, cum v.sequen.fol.ccliij.nu.62.
¶Emphiteosim si aliquis acquisierit p se¶ filijs.non comprehenduntur femine in.l.7.fol.lxxviij.nu.10.
¶Emphiteosis acāsita pro se¶ filijs nō comprehenditur pote.ibi.nu.12.
¶Emphiteoticus contractus est contractus de per se.in.l.66.fol.ccc.nu.1.
¶Emphiteota ecclesie posito q si cessat per biennium soluere debitum canonem cadit a iure emphiteotico. Emphiteota priuati per triennium.sed per multos annos q non solueret.non caderet a iure censuali.ibi.nu.24.
¶Emphiteota ecclesie vel colonus per cessationem solutionis biennij factam p dunt meliozamenta. Et idem est in emphiteota priuati.et sec⁹ est in colono vel inquilino priuati.de quo primo videatis ibi.nu.27.
¶Emphiteota ecclesie si cessauit per biēnium.aut priuati per triennium a solutione pensionis.¶ dominus declarauit voluntatem suam.se velle emphiteotam cecidisse a iure emphiteotico.nunquid dicatur emphiteota3 cecidisse ipso iure ab emphiteotico iure.an requiratur sententia.ibi.nu.29.
¶Emphiteotica res si ceciderit in commissum propter canonem non solutum.nunquid dominus directus possit alij in emphiteosim concedere.non monito vel citato prima emphiteota.¶ consequenter ignorante.an vero requiratur.q illum primo moneat.si velit sibi emphiteosim refirmari.ibi.nu.30.
¶Emphiteota quando cecidit in cōmissum eo quia alienauit irrequisito domino.absq eo q aliter citetur vel requirat potest alius inuestiri.ibi nu.31.
¶Emphiteota eo casu quo meliozamēta non amittit.an dominus habeat facultatem sen electionem alterū de duobus facere.vel pan q edificium factū aut aliud meliozamentum tollatur.vel soluere omnes expensas quas emphiteota in dicta meliozatione fecit.ibi.nu.32.
¶Emphiteota durante emphiteosi.nūquid possit tollere vl eleuare meliozamēta que fecit.ibi.nu.34.
¶Emphiteota etiam si fecit expresse pactum cum domino.q̄ sine emphiteosis possit tollere omnia meliozamenta que fecerit i re emphiteotica.¶ iurta illud pactum vult tollere dicta meliozamenta.dominus offerendo quādo emphiteota laturus esset ex tali ruina.cui prohibere poterit.ibi.nu.35.
¶Emphiteota dubitat an per cessationem biennij vel triennij cadat a iure suo.vult sibi prouidere soluendo canonem pro plurib⁹ annis futuris.puta pro decem.viginti.vel triginta annis.an dominus inuitus teneatur recipere pensionē tot annoz futuroz.¶ posito q dominus recipere nolit.nunquid emphiteota offerendo.consignando ¶ deponendo liberetur.ibi.nu.40.
¶Emphiteota si interpellauit dominum an velit emere.qui neglexit q potest postea moraz purgare re integra.anteq̄ res sit alij vendita.¶ preferatur cuicunq̄ alij.ibi.nu.41.
¶Emphiteota p̄nati cessauit triēnio solvere.nunquid possit soluendo moraz purgare.ibi.nu.penul.
¶Emphiteota q̄ns teneatur dominum requirere si vendit vile.tamen si dominus directus vendit directum dominium nō tenetur requirere emphiteotam.in.l.68.cum.v.sequen.fol.cccxx.nu.40.
¶Alia circa emphiteosim.in.l.2.nu.63. in.l.4.sub nu.256.in versi.facit si consuetudo est vt emphiteosis.q̄.cum versi sequen.in.l.27.nu.116.¶.117.in.l.43.nu.9.in.l.66.nu.23.¶.25.¶.26.¶.36.¶.37.et 39.¶.42.¶ si.¶ in.l.68.cum.v.sequen.nu.30.¶.39.
¶Episcopus potest excōmunicare vxoratos habentes concubinas.in.l.4.folio lrij.nu.226.et in.l.7.fo.lxxxvij.nu.83.
¶Episcopus de iure non habet fiscum tamen hodie de consuetudine generali episcopus habet fiscum.ibi.s.in.d.l.7.fo.lxxxvj.nu.75.
¶Equitas suadet q dotes ¶ donatiōes propter nup.soluantur super lucratorum constante matrimonio.in.l.51.fol.ccxlv.nu.16.
¶Error testamenti an per testes non rogatos probari possit.in.l.3.alias.1.folio xiij.nu.67.
¶Error expressus vitiat actum ¶ sententiam.secus in errore tacito.in.l.23.folio cxlv.nu.16.
¶Error communis facit ius ¶ habetur pro veritate.in.l.39.fol.ccv.nu.43.
¶ Error adhibitus coram arbitratore an possit reuocari.in.l.62.folio.cclxxiij.nu.29.
¶Erroris pretextu vtrum quis possit reuocare confessionem suam.ibi.nu.31.
¶ Etas legitima intelligitur de natura li.non de illa que per principem supplet̄.nisi specialiter dictum sit.in.l.2.folio xxviij.nu.12.
¶Eternum est quod semper fuit ¶ est vt deus.in.l.25.fol.cliij.nu.25.
¶Euentus conditionis in legatis nō trahitur retro.nec quo ad dominium.neq̄ quo ad fructus.in.l.44.folio.ccxij.nu.33.
¶Euictionis in.l.62.folio.cclxxxvij.nu.156.cum tribus sequē.¶ in.l.66.fo.cccvj.nu.38.
¶Euidens ¶ euidentissime.in.l.60.fol.cclxiij.nu.15.cum duobus sequē.
¶Excellentia hominis recedendum est vel potest recedi a numero et a communi statuto.in.l.77.folio.cccxxvij.nu.16.
¶ Exceptionem incontinenti quando dicatur probari posse.remissiue.in.l.2.fo.xxx.nu.43.
¶Excipiens quādo certat de lucro.tūc per replicationem doli.tollitur exceptio doli.in.l.4.fol.lx.nu.205.
¶Exceptio firmat regulam.in.l.12.fol.cliij.nu.8.
¶Exceptio rei debite de rerū natura vel cōi cōmercio obligationē perimit nec remittit impedimēto sublato.in.l.45.fo.ccxxj.nu.39.
¶Exceptio quam ponit ista.l.non procedit in muliere nupta.in.l.60.fol.cclxv.nu.23.
¶Exceptio prescriptionis qualiter impedit litē pnestari.in.l.61.fol.cclxvj.nu.10.
¶Exceptio nō numerate pecunie habet locū cōtra confessionem que fit inter vinos.secus est in illis que fit in vltima voluntate.in.l.62.fo.cclxxix.nu.90.
¶ Exceptio non numerate pecunie an possit opponi contra executionem instrumenti.videte Rode.Sua.in.l.post rē indicatā.fol.140.col.2.de quo etiam p eūdem ibi ex folio.139.in versi.sed p eundē tia vsq̄ ad fol.142.quasi ad fi.
¶Excipiens de transactione.vtrum videatur fateri debitum quod actor petit.ibi.s.in.l.61.nu.105.
¶Exceptio excōmunicationis pōt opponi etiā in foro seculari.quod est intelligēdum in publice excōicato.secus si excōicatio esset occulta.ibi.nu.116.
¶Exceptio resultans ex inhabilitate pone incompromisso.aut instrumēto cōtente semper opponi potest contra sentētiam arbitrorum.¶ instrumentum confessionatum.ibi.nu.124.
¶Exceptio enim nullitatis proueniens ex defectu iurisditionis.nūq̄ intelligitur esse reiecta.etiam post tres sententias cōformes.de quo videatis ibi.nu.125.
¶Exceptio nullitatis an ¶ qñ possit executionē sentētie impedire.ibi.nu.126.de quo etiam videte in.l.75.fol.cccxxxj.nu.13.
¶Exceptio simulationis nunqd contra instrumenta guarentigia opponi possit.ibi.s.in.l.62.nu.130.
¶Exceptio omnis peremptoria.que nō venit ad impugnandū sententiam.sed venit ad limitandum.seu moderādam executionem potest opponi post sententiā.falsi tripliciter.ibi.nu.131.
¶Exceptiones autem que sint ille sententiam directo non impugnantes.que possunt opponi post sententiam.ibi.nu.133.
¶Exceptio compensationis nūquid cōtra instrumenta de quibus in legibus.4.¶ et fi.tit.8.lib.3.ordina.opponi possit.ibi.nu.146.
¶Exceptio nullitatis si cōtra tres sentētias cōformes opponat.¶ incōtinenti offeratur probatio.ne executionem sentētie impedire debeat.ibi.nu.149.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Exceptio nullitatis que est euidens impedit executionem sententie, ibi, nu. 150.
¶Exceptio nullitatis quando verificatur ex sola inspectione actorū absq; alia probatione extrinseca. vt q; non fuerit citatus. illa impedit executionem sententie ibi. nu. 151.
¶Exceptio noua dicitur etiam illa que deuenerat ad notitiam partis. sed probā di facultatem non habuit. Rode. Sua. in allega. 5. fol. 134. col. 2.
¶Alia circa exceptiões. in l. 62. nu. 64. ⁊. 73. ⁊. 74. ⁊. 101. ⁊. 127. ⁊. 128. ⁊. 133. et 142. ⁊. 148. ⁊. 152. ⁊. 155. Et per Rode. Sua. in. 5. allega. que est in libro quem dixit cardi. Burg.
¶Excommunicationis pena punitur p̄latus vel sacerdos retrahens volentem relinquere alteri ecclesie puta cathedrali. ⁊ ille prelatus seu sacerdos tantum verbis fecit. q; fecit relinqui sine ecclesie. in. l. 3. alias. 1. fol. xxiij. nu. penul.
¶Excommunicationis sententia declaratoria a iure late incurse est nulla citatione partis non precedente. in. l. 2. fo. xxxj. nu. 57.
¶Excōicatus si interponit decretum in aliqua alienatione vel in aliquo contractu. decretum est nullum. in. l. 62. folio cclxxxiij. nu. 117.
¶Excommunicatio seu excōmunicatus equiparatur morti. ibi. nu. 122.
¶Excommunicatio probari debet octo diebus. ibi. nu. 123.
¶Excommunicatus si est aliquis si non soluerit infra mensem. pars potent terminum prorogare. in. l. 65. folio. ccxcvij. nu. 19.
¶Alia circa excommunicationem. in. l. 62. nu. 114. cum duob. sequen. ⁊ nu. 118. cum tribus sequen. ⁊ in. l. 75. nu. 19.
¶ Executio condemnatorum in causis criminalibus corporalibus si debeat differri. de quo videatis. in. l. 2. fol. xxxij. nu. 72.
¶Executio adhuc per iudicem fieri debet. q̄uis per sententiam aliquis iussus sit rem alteri restituere. in. l. 4. folio. lxiij. nu. 248.
¶ Executor testamenti vel episcopus non potest liberaliter concedere beneditatem spurijs testatoris. alimenta tamen illis concedere potest. in. l. 7. folio lxxxij. nu. 41.
¶Executor testamenti cuius conscientie committitur. non potest alteri subdelegare. in. l. 30. fol. clxxxv. nu. 16.
¶Executores testamentarij an satisdare debeant. in. l. 31. fol. clxxix. nu. 12.
¶Executori etiam ignoranti currit tempus per istam. l. ibi. nu. 13.
¶Executio legatorum per executores debet fieri in non pijs causis infra annū in pijs causis infra sex menses. ibi. nu. 20.
¶Executoris officium ad vltimas voluntates q̄uis duret per annum. ⁊ de iure huius regni duret hodie prout in hac. l. Tamen si interim executor esset contumax in aliquo precepto sibi facto per episcopum. quod statum potest remoueri a commissaria ex officio episcopi absq; nouo processu. ibi. nu. 21.
¶Executor deputatus in testamento ad legata pia exequenda. si non exequatur piam defuncti voluntatem infra annum. q̄uis priuatur officio ⁊ potestas exequēdi deuoluitur ad episcopum. tamē istud est verū nisi testator prouidit de alio executore in casu in quo primus esset negligens in exequendo infra annum. de quo videatis. ibi. nu. fi.
¶ Executores testamenti taxantes alimenta secundum conscientiam. teneri ad vocandum heredes quando taxare volunt. in. l. 54. folio. cxciij. nu. 5.
¶Executores testamentarij quādo sunt plures. non potest vnusquisq; seperatim votum suum deponere in. l. 36. fol. xcvj. nu. 3.
¶ Executores testamenti si discordant maiori parti esse standum. ⁊ quid si sunt equales ⁊ discordes. ibi. nu. 4.
¶Executores vltime voluntatis nunquid poterunt committere vni illorum quod ipsi facere tenentur. ibi. nu. 10.
¶Executor testamenti cuius conscientie commissum est. non poterit alteri subdelegare. ibi. nu. 11. ⁊ dixi in. l. 30. nu. 16.
¶Executio habebit locum etiam in fauorem eius cui actio vtilis vigore instrumenti guarentigij competeret. in. l. 62. folio. cclxxvj. nu. 55.
¶ Executio facta non seruato ordine. ff. in venditione. legis a diuo pio. ff. de reindi. an sit ipso iure nulla. ibi. nu. 59.
¶ Executioni mandati nunquid contractus transactionis possit. ibi. nume. 104.
¶ Executio per capturam persone si petitur fieri. tunc quia illa captura personali infertur quedam iniuria que non potest aboleri. impeditur talis executio per viam exceptionis nullitatis sententie. q̄uis probatio non habeatur in prōptu. sed requirat altiorem indaginem. de quo videatis. ibi. nu. 153.
¶ Executio sententie nunquid contra actorem municipij. ⁊ sic contra sindicum vniuersitatis possit fieri. ibi. nu. 154.
¶Executor testamenti vendens rem hereditariam. ⁊ q; fortius est promittens de euictione secundum consuetudinem ciuitatis. non tenetur ipse de euictiōe. sed heres. ibi. nu. 158.
¶ Alia circa executionem in. l. 2. nu. 40. in. l. 34. nu. 1. in. l. 61. nu. 11. et. 16. in. l. 62. nu. 1. et. 2. ⁊. 54. ⁊. 60. et. 70. et. 73. cum tribus sequen. ⁊ nu. 80. et. 84. ⁊. 86. et. 87. et. 91. ⁊. 93. et. 101. et. 108. ⁊. 126. et. 127. et. 136. et. 139. ⁊. 145. et. 149. cum duob. sequen. et. nu. 156. et. 160. cum penul. ⁊ fi. in. l. 74. nu. 7. ⁊ in. l. 75. nu. 12. cum duobus sequen.
¶ Alia circa executores. in. l. 3. nu. fi. in. l. 8. nu. 24. in. l. 30. nu. 14. et. 15. et. 17. et penul. in. l. 31. nu. 14. in. l. 33. nu. 4. in. l. 34. nu. 6. cum tribus sequen. in. l. 36. nu. 5. ⁊ in. l. 37. nu. 2. ⁊. 3.
¶Exemplato tradito per notarium si originale contradicat. cui credatur. in. l. 39. fol. cciij. nu. 33.
¶ Exheredatio posthumi de iure antiquissimo. ⁊ ffor. ⁊ C. in. l. 4. folio. lliij. nu. 126.
¶ Exheredari non potest posthumus hodie per iura auctentico. 3. ex quo causam ingratitudinis committere nō potest ibi. nu. 127.
¶Exheredans filios non videtur posthumum exheredare. ibi. nu. 128.
¶Exheredatio potest fieri per vnum de octo modis. in. l. 22. fol. cxliij. nu. 4.
¶Exheredatio per que verba fieri potest. ibi. nu. 5.
¶ Exheredatio potest fieri verbis iniuriosis. ibi. nu. 6.
¶Exheredatio est actus solēnis. qui nō potest fieri nisi in testamento. ibi. nu. 7.
¶Exheredatio filij facta per patrem calore iracundie non valet. etiam legitima causa subsistente. quod limita vt. ibi. nu. 10.
¶Exheredatio que per additionem confirmari non potest in vita exheredati. est ipso iure nulla. ibi. nu. 11.
¶Exheredatio propter ingratitudinem debet fieri in testamēto. et debet in testamento nominatim exprimi causa ingratitudinis. in. l. 23. fol. cxlv. nu. 8.
¶Exheredari potest filia a patre que cōtraxit matrimonium sine illius consensu. nulla facta differentia sit dignus. aut ne ille cum quo contraxit. de quo videatis in. l. 47. fol. ccxxx. nu. 47.
¶Alia circa exheredationez. in. l. 8. nu. 48. in. l. 15. nu. 74. ⁊. 75. ⁊. 84. ⁊. 86. et 87. in. l. 23. nu. 10. cum duobus sequē. in. l. 42. nu. 4. in. l. 47. nu. 11. ⁊. 29. ⁊. 50. et 52. ⁊. 55. cum duobus sequen. ⁊ nu. penul.
¶Exigendo aliquem in quantuz facere potest. inspicitur quantum ex eius patrimonij fructibus potest redigi. nō quantū ex venditione rerum redigeretur. in. l. 66. fol. cccliij. nu. 18.
¶Eximens captū de manib⁹ familie ad quid tenet. in. l. 77. fol. cccxxvij. nu. 18.
¶Existentia sui heredis est causa formalis substitutiōis pupillaris. in. l. 4. fol. 50. nu. 101.
¶Existentia sui heredis tollitur per expressam dationem substituti vulgaris. tamen tacita vulgaris contenta sub expressa pupillari. non tollit suitatem. in. l. 23. fol. cxlv. nu. 15.
¶Expēsa quā facit heres vt habeat instrumenta institutionis est expensa in causis necessarijs. in. l. 8. fol. xc. nu. 17.
¶Expēse nō petite possunt petia parte p totā illā dic. in qua iudex tulit sententiam in. l. 5. cū. v. sequē. fol. cclv. nu. 72.
¶Expressi ⁊ taciti quod inest idē iudica-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur.in.l.21.fol.cxl.nu.2.
¶Expressio facta per aliū modū q̄ tacite inerat multum operatur.in.l.23.folio cxlvj.nu.17.
¶Extensio an sit licita in exorbitantibus a iure communi.in.l.3.alias.1.folio.ix.nu.39.
¶Extensio an sit licita ex idētitate rationis in correctorijs.ibi.nu.40.
¶Extēsio licita est etiam in correctorijs. si lex correctoria corrigēdo reduceret ad ius antiquum.ibi.nu.41.
¶Extensio etiam iuris penalis debet fieri.vbi de animarum fauore tractatur.in.l.4.fol.lxj.nu.213.
¶Extensio non est licita in odiosis. ibi. nu.214.
¶Extensio nō est licita in penalibus q̄a odiosa sunt.ibi.nu.215.
¶Extensio fit vt alius comprehendatur casus etiam in materia penali.vbi de facili dispositio legis vel statuti posset fieri elusoria.in.l.6.fol.lxxiij.nu.11.
¶Extensio non fit in dispensationibus etiam ad casum minorem. et habentē in se maiorem rationem q̄ casus habeat cōcessus.ibi.nu.17.
¶Extensio admittitur ex idētitate rationis dato q̄ leges loquantur taxatiue. in l.12.fol.cv.nu.22.
¶Extēsio ad.l.vj.titu.5.lib.3.fori.legū. in.l.29.fol.clxxxij.nu.51.
¶Extranei plures alicui succedentes inuicem non conferunt.in.l.27.fol.clxvij. nu.30.

¶De litera.F.



Actavero proximiora sunt q̄ nuda vocabula.in.l.9.folio.xcv.nu.14.
¶Faciens contra priuilegium perdit illud per vnicam contrauentionem in.l. 41.fol.ccviij.nu.5.
¶Facultas eligendi transmittitur ad heredes.tamen non facultas declarādi. in l.50.fol.ccxl.nu.40.
¶Falsitatis crimen est grauissimum. nullum est crimen q̄ ita vituperet famā z statum hominis.sicut istud.in.l.81.fol. cccl.nu.2.
¶Falsitatis crimen est simile pene mortis.et ideo potest super illo transigi. sicut super criminibus inferentibus mortem seu penam mortis.ibi.nu.3.
¶Falsi crimen non comprehenditur in generali sermone remissionis delictorū. de quo videatis.ibi.nu.4.
¶Falsi crimen est publici iudicij. ibi. nu.7.
¶Alia circa falsum in.l.2.nu.19.z in.l. 81.nu.1.2.5.z.10.cum quatuor sequen.et nu.16.et 51.
¶Fama publica facit plenam probationem.in.l.39.fol.ccv.nu.39.
¶Alia circa famam.ibi.nu.38.in.l.47. nu.26.cum duobus sequen.in.l.74.nu. 20.z in.l.81.nu.2.
¶Fauore dotis an liceat ab herede mariti negligente in restituēdo eam vsuras exigere.in.l.46.fol.ccxxxij.nu.4.
¶Felonia cōmittenda z sic futura caducitas posset vassallo remitti per pactū cū iuramento factum a domino.in.l.15.fol. cxxvij.nu.93.
¶Femine non comprehenduntur si aliquis acquisierit emphiteosim pro se z filys.in.l.66.fol.cccvij.nu.25.z dixeram.in l.7.nu.10.
¶Feudum z res emphiteotica vtrū veniant in confiscatione bonorum. de quo videte.in.l.2.fol.xxxj.nu.63.
¶Feudum z emphiteosis an imputentur in legitima.vel conferantur. in.l.27. fol.clxxv.nu.116.
¶Alia circa feudum in.l.8.nu.29. z.30.in.l.27.nu.117.z in.l.44.nu.6.
¶Fictiones non habent locum nisi in casibus a iure expressis.in.l.2.fol.xxix. nu.35.
¶Fictio an quo ad iuris effectum possit ab homine induci.in.l.45.folio.ccxxij. nu.76.
¶Aliud circa fictionem.ibi.nu.75.
¶Fideicōmissum est grauamē. in.l.4. fol.lij.nu.115.
¶Fideicommissum fit per verba diuersa.de quibus late.in.l.25.folio.cliij.nu. 28.
¶Fideicōmissus censet onus z grauamen regulariter.ibi.nu.37.
¶Fideicommissum inīūctum vni persone regulariter non extenditur ad aliam. ibi.nu.38.
¶Fideicōmissus bene potest operari cō modum z fauorem.ibi.nu.39.
¶Fideicōmissum relictum post mortem grauati.censetur esse cōditionale si fideicōmissarius superuinat ipsi grauato.vnde si predecedat extinguitur tanq̄ defecta conditione.ibi.nu.40.
¶Fideicōmissum conditionale non trāsmittitur ad heredes.si fideicommissarius interim pēdēte cōditiōe moriat.ibi.nu.41.
¶Fideicommissum reciprocus inter fratres potest remitti.nec per hoc dicitur minor ledi.q̄uis veniat sibi damnum ex remissione.in.l.26.fol.clix.nu.8.
¶Fideicommissum an inducatur per cōiecturas.¶Rode.Sua.in allega.secunda. fol.129.col.1.
¶Alia circa fideicōmissa.in.l.4.nu.111. z.112.in.l.24.nu.1.in.l.25.nu.34.cum duob.sequē.z nu.42.z.43.z.44.z.50. z.53.in.l.27.nu.65.in.l.50.nu.46.z in l.58.nu.7.
¶Fideiussor q̄uis non possit molestari ante principalem excussum.tamen quando principalis debitor est rixosus.nō est necessaria excussio.sed potest conueniri primo fideiussor.in.l.58.fo.cclix.nu.13.
¶Fideiussor q̄uis non obligetur in duriorem causam q̄ ipse principalis se obligauit. tamen si principalis est obligatus simpliciter in instrumento non habente paratam executionem.fide iussor est obligatus publico instrumento continente in se capitulū guarētigie.ita q̄ habeat paratam executionem.nihilomin⁹ dicta obligatio fideiussoris valebit.i.l.62. fol.ccxxiij.nu.34.
¶Fideiussio facta nudo pacto apposito iuxta contractum.non vestitur coherentia contractus. quod fallit in tribus casibus de quibus remissiue.ibi.nu.37.
¶Fideiussor conuentus debet denuntiare principali. vt ad eum defendendū veniat.z iudicium in se suscipiat.alias si nō denuntiaret.imputaretur fideiussori. ibi. nu.38.
¶Fideiussor ad hoc q̄ possit agere actione mandati contra principalem.requiritur q̄ appareat de veri solutiōe.de quo videatis.ibi nu.39.
¶Fideiubendo pro alio dicitur q̄s vti male substantia sua.ibi.nu.40.
¶Alia circa fideiussores.in.l.25.nu.57. in.l.62.nu.35.z.36.z in.l.77.nu.33.
¶Fideles imperij nō tenentur sequi imperatorem.si fructus feudi ad impensas itineris non sufficiunt. in.l.8.folio.xcj. nu.29.
¶Filio cui hereditas matris erat delata si elapsus est annus deliberandi.quem vt filius habebat.q̄ adhuc secundum annū deliberandi vt legitimus trāsmittere posset.in.l.3.alias.1.fol.xviij.nu.93.
¶Filij etiam in foro cōscientie extraneo partem hereditatis ei relictam in testamēto dare non tenentur.quod postea apparuerit non solēne.de quo videatis distinctionem.ibi.nu.10.6.
¶Filij in maxima parte hereditatis instituti qui in danda legitima.que sola alij filio relicta est.vsq̄ ad sententiam fuerunt contumaces.in pena tertij pluris condēnari debent.ibi.nu.124.
¶Filia quando est in potestate patris z rubore virginali se maritari z dotari a patre non audet.z pater est negligens. aut forte expresse renitens.vt aliquando cōtingere solet.z nec forsan cognatos habet.qui hoc onus adeundi iudicem suscipere velint.z ipsa est viro matura.tūc ex officio suo iudex etiam filia non petente suum officium imparti debet in cogendo talem patrem.dotem congruam constituere.ibi.nu.150.
¶Filio condēnato z ei⁹ bonis publicatis virum proprietas quam in peculio adhuc tūc habet remanente patri saluo vsufructu publicetur.de quo videte in.l.2.fo. xxxj.nu.65.
¶Filiusfami.de iure cōi non testat.etiā de voluntate patris.in.l.3.folio.xxxiij. nu.3.
¶Filiusfami.de iure cōi nō testatur.nec de bonis quorū vsufructus non acquiritur patri.ibi.nu.4.
¶Filiusfami.bene potest dare causa mortis patre permittente.ibi.nu.5.
¶Filiusfa.quare pōt donare causa mortis cū patris cōsensu.z nō testari etiā patre consentiente.ibi.nu.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Filinsfami. legitimam habens etatem testãdi. vltra huius.l. dispositionem mihi videtur q̃ in his regnis hispanie. potest facere testamentum de iure communi. de quo ibi. nu. 15. vsq; inclusiue. ad nu. 26.

¶ Filiusfami. in tantum de iure cõmuni non potest testari. q̃ procedit etiam si patrem haberet furiosum vel mente captum. ibi. nu. 27.

¶ Filiusfami. poterit se obligare ex mutuo ꝛ libere contrahere circa omnes actus inter vnos. si patrem haberet furiosum aut mente captum. etiam stante statuto q̃ non possit se obligare seu contrahere sine patris consensu. ibi. nu. 28.

¶ Filij etiam habentes primam tonsuram sunt in patris potestate. ibi. nu. 30.

¶ Filij habentes primam tonsuram possunt testari de bonis suis. quia bona eorum quasi castrensia iudicantur. ibi. nu. 31.

¶ Filiusfami. in castrensibus vel quasi duplex habet priuilegium. primum q̃ de his potest libere testari. secundum q̃ eius testamentum non subiacet querelle. ibi. nu. 32.

¶ Filiusfami. potest testari etiam de iure communi lucrorum nuptialium. que pater fecit ex forma statuti disponentis q̃ maritus decedente vxore in matrimonio lucretur certam partem dotis. dato q̃ adsint filij. quia si postea marius acciperet secundam vxorem. priuatur isto lucro statuti iam quesito. quod vadit ad filios prioris matrimonij. qui de tali testari possunt. q̃uis in patris sint potestate. ibi. nu. 34. vbi videatis considerationem.

¶ Filio non debetur legitima in vita patris. in. l. 4. fol. xlij. nu. 22.

¶ Filius a patre viuo petere legitimam regulariter non potest. ibi. nu. 23.

¶ Filius q̃uis non possit petere a patre q̃ sibi legitimam assignet. vt condemnatiõe soluere possit. ad hoc vt pater teneatur. tamẽ per statuti formam pater ad hoc teneri posset ꝛ tempus delicti inspicitur. ibi nu. 24.

¶ Filius in vita patris ius considerabile habere non dicitur etiam spe legitima. nec in hereditate vel bonis patris ius habere causatum. quod intellige. vt remissiue. ibi. nu. 27.

¶ Filij sunt in legitima quasi creditores. non autem vere. ibi. nu. 32.

¶ Filiusfami. illa que possidet. pater vere possidet. taliter q̃ penes filium nulla remaneret possessio. ibi. nu. 33.

¶ Fiulis non possidet vere sed ficte qõ pater possidet. de quo ibi. nu. 34.

¶ Filius q̃uis sit emancipatus. ꝛ sic nullum sit amplius peculium. pater tenetur infra annum a tempore emancipationis filij. ac si filius adhuc in potestate esset. ibi. nu. 42.

¶ Filius si videt patrem dissipare bona. an possit ab eo petere vt legitimam sibi in vita assignet. ibi. nu. 44.

¶ Filius recipiens debitum patris dicitur hereditatem adire. ibi. nu. 64.

¶ Filius soluens creditoribus hereditarijs. dicitur hereditatem adire nisi per filium tempore solutionis fieret protestatio in contrarium. ibi. nu. 65.

¶ Filius q̃uis partem relictam ei a patre in testamento acceptaret sine protestatione. per quod testamentum expugnare nõ possit. non tamen per hoc a iure supplementum petendi excluderetur. nisi specialiter renuntiauerit ibi. nu. 66. Et videte Rode. Sua. in repe. l. quoniam in prioribus. fol. 21. col. 4. in fi. cum sequen.

¶ Filius si sine protestatione recepit debitum patris defuncti. vel eius debitum persolut. q̃uis per hoc approbet patris testamentum. ꝛ dicatur illius hereditatem adire. tamen si ex dicto testamento minus legitima habeat. nõ ideo quia recepit seu soluit debitum sine protestatione. excluderet a iure petendi supplementum nisi specialiter renuntiauerit ibi. nu. 67.

¶ Filij possunt petere legitimaz de equitate canonica. patre adhuc viuente naturaliter ingresso monasterium. de quo videatis remissiue. ibi. nu. 77.

¶ Filium non teneri credere patri asserenti in testamento se esse alicuius debitorem in preiudicium legitime. ibi. nu. 78.

¶ Filius cum possit alienata per patrem in fraudem sue legitime renocare. si sint plures filij et viderint bona patris alienata in fraudem legitime sue. quod possunt renocare dicta bona quoad suam legitimam. in qua intrat tertium. quod sapit naturam legitime. quia extraneo relinqui non potest. ibi. nu. 83.

¶ Filios posse renocare perdita a patre ad ludum illicitum vsq; ad eorum legitimam et tertiam partem bonorum. que veniebat applicanda vni filiorum patre volente meliorare. ibi. nu. 84.

¶ Filius proditoris in crimine lese magestatis. non solum non succedit patri proditori. verumetiam auo vel a lijs ascendentibus ex linea paterna et materna. neque etiam extraneis. ibi. nu. 94.

¶ Filij hereticorum posito q̃ patribus hereticis non succedant. nihilominus possunt succedere alijs. s. auo catholico. matri catholice. ꝛ alijs quibuscunq; catholicis personis. ibi. nu. 95.

¶ Filius quemadmodum subire onus sibi imminentium in legitima non tenetur. ita nec heres eius. ibi. nu. 110.

¶ Filius debet habere legitimam plenã omni respectu. ibi. nu. 117.

¶ Filius aut alius descendens quamuis habeat ascendentem legitimum. de tertio ad libitum disponere potest. ibi. nu. 268.

¶ Filiusfami. minor est in iudicio. an patris auctoritas sufficiat. vl curator dari debeat. ibi. nu. 274.

¶ Filiusfami. põt esse in iudicio sine consensu patris in omnibus casibus. quibus non acquiritur vsufructus patri. ibi. nu. 275.

¶ Filij fratrum quando succedunt sine patruis ꝛ auunculis. non in stirpem sed in capita. in. l. 6. fol. lxxij. nu. 2.

¶ Filij fratris virinq; coniuncti excludunt patruuz consanguineum. vel vterinum a successione fratris mortui ab intestato. ibi. nu. penul.

¶ Filius ex reprobato coitu natus nec patri neq; matri succedit. in. l. 7. fol. lxxix. nu. 14.

¶ Filij (de quibus in aũct. ex complexu. de incestis nup.) quamuis non sint alendi de iure ciuili. de iure canonico est secus. ibi. nu. 16.

¶ Filij naturales vel spurij licet non deliquerunt. sed alieno morbo laborent. tamen expelluntur ab honoribus legitimo extante competitore. ibi. nu. 22.

¶ Filij spurij vocantur a iure turpes persone. ibi. nu. 27.

¶ Filij illegitimi non sunt deo amabiles. nec mundo honorabiles. nec in bello seculari fortes. minusq; in fide stabiles. ibi. nu. 30.

¶ Filij etiam spurij vel nati ex damnato coitu debent ali a parentibus secundum eorum facultatem. et huic iuri canonico statur hodie etiam de iure ciuili. ibi. nu. 38.

¶ Filius naturalis an de iure eorum possit instituta patre. ibi. nu. 42.

¶ Filij etiam nati ex damnato coitu habent hodie per hanc. l. proprietatem quinti relicti eis a matre. quod possunt alienare. et de illo ad libitum disponere. ibi. nu. 46.

¶ Filius non est nobilis q̃uis mater sit nobilis. ibi. nu. 62.

¶ Filij clericorum sicut non possunt habere hereditatem. nec succedere in bonis illorum. nec consanguineorum suorum. ita neq; in bonis matris cum consanguineis suis. ibi. nu. 65.

¶ Filij sacerdotuz de iure etiam communi patri nec matri succedere non possunt. ibi. nu. 71.

¶ Filius ex damnato coitu per quem mater incurrit penam mortis naturalis potest habere quintum a matre. ibi. nu. 72.

¶ Filiorum clericorum quod dictum est. procedit etiam et habet locum in filijs fratrum monachorum ꝛ monialiuz professarum. ibi. nu. 73.

¶ Filius naturalis quamuis a patre naturali preteritus sit. eius testamentum cõtra tabulare non potest. licet ex illius voluntate aliquid consequatur. ibi. nu. 81.

¶ Filius quamuis turpiter aut culpose consumpsit legitimam suam sibi a patre in vita assignatam. posito q̃ pater

Universidad de Deusto
Biblioteca

non teneatur amplius assignare vel ei relinquere. tamen tenetur alimentare illuz. in l. 8. fol. xcj. nu. 36.

¶ Filius etiam cum iuramento alimentis de futuro renunciare non potest. ibi. nu. 37.

¶ Filius potest renunciare successioni paterne. z per consequens legitime. z valet cum iuramento talis renunciatio. ibi. nu. 38.

¶ Filius naturalis quoad patrem non habentem filios aut descendentes legitimos. est ex testamento de primo capite liberorum. et quoad matrem etiam ab intestato. ibi. nu. 44.

cor. & postea donauerit aut meliorauerit
filium emancipatū: que donationes ex-
cedunt tertiū & quintum patre defuncto.
q̄ excessus capiatur a prima donatione
quoniā fuit ab initio invalida & ante mor
tem non fuit confirmata: ab altera x̄o nō
que ab initio valuit scēm notata in. d.l.ij.
de inoffi. dona. tū per. d.l.xv. videt ꝓtra-
riū vbi nulla in hoc debet fieri differētia
inter filiū fami. & emancipatum. Plus di
cerem de iure cōmuni: q̄ si donatio poste
rior impleret tertium & quintū: donatarium
primuz nihil habere per glo. & Bar. in.l.
serui electione in prin. de lega.j. vbi si elec
tio ꝓma nō valet licitum est variare: de
quo per tex. & Bar. in.l.ij. ff. data igitur. de
optio lega. Sed cum donatio filio i pote
state non valeat nisi confirmetur. Bene
ergo potuit variare donando alteri cu-
ius personaz statim valeat. Facit ad hoc.
certū est q̄ testamentū posterius rumpit
prius etiā iure factuz. l.j. & ij. de iust. rup.
Dicamus igitur q̄ posterior donatio po
sito q̄ non reuocet primā validā: reuocet
tamen invalidam. hoc argumentum con
firmatur. nā donationes facte in filium
emancipatū nō possunt reuocari. l. dona
tiones. cū simi. C. de reuo. dona. & per cō
sequens filio in potestate facte reuocant̄
quia nō valent nisi morte confirmētur. di
xi & probaui. † Facit etiā in argu. l. quo- 18
tiens. C. de reiuendi. vbi in duobus ha-
bentibus causam ab eodem domino me
lior est conditio eius qui per traditionez
recipit: sic in ꝓposito est dicendum: q̄ sit
melior cōditio illius in cui⁹ psonā dona
tio statim valet. Nec obstat si dicatur: q̄ i
d.l. quotiens interuenit traditio operans
dispositionem illius. l. quia in donatiōe
etiam si res non tradatur habet donatio
plenissimum & perfectissimū robur: & tra
ditionis necessitas incumbit donatori. l.
si quis argētum. ff. C. de dona. ff. alie autē
tem insti. de dona. & ita habetur res dona
ta quoad vim donationis inter vinos ꝑ
tradita de iure cōmuni: et dixi in. d.l. xv.
Si enim habetur pro tradita cum sit do-

natarius talis in quo ab initio valuit do-
natio nimirum si in illa donatione prefe-
ratur primo cuius donatio nondū est cō
firmata. Facit ad vlterius & suppono
certum est q̄ sicut donatio facta filio i po
testate non valet nisi per mortem de iure
cōmuni. dixi. ita donatio inter coniuges
19 d.l. donationes quas vbi de vtroq; est
tex. C. de dona. inter vir. & vxo. Sed i do
natione inter coniuges reperiē †. q̄ si ma
ritus rem quam vxori donauit alteri le-
gauit seu pignorauit videtur donationē
reuocare: adeo q̄ morte mariti nō intelli
gitur donatio confirmata. l. cum hic sta-
tus. ff. si maritus. & ff. qui quasdam. ff. de
dona. inter vir. & vxo. tex. est etiam bon⁹
20 in proposito in. l. si maritus. la. ij. C. eo ti
tu. de quo facio casum expressum. † vbi
non solum reuocatur donatio facta mu-
lieri per obligationem rei donate sed etiā
per donationē eiusdem rei factam a mari
21 to qui eam donauerat vxori. per quē tex.
dicit ibi Bar. † q̄ si maritus pignorat ad
uentitia vxoris que sibi donauerat videt
22 donatio reuocata nec morte confirmat.
Ita ergo dicamus † q̄ donatio facta fi-
lio in potestate reuocetur per aliā dona-
tionem factā emancipato quoniaz facta
filiofa. non valet de iure communi: q̄uis
de singulari morte cōfirmetur. d.l. dona-
tiones. et argu. d.l. cum hic status in p̄n.
& l.j. de dote prele. & quod valet iure sin-
gulari facilius q̄z quod valet de iure com
muni tollitur. l. eius militis. ff. militia mis-
sus. ff. de testō. mili. Predicta procedunt
quando pater donauit filio emancipato
quod donauerat filio in potestate. Secō
do si donaret emancipato omnia bona si
de iure dicta valeret donatio precedente
donatione certe rei filio in potestate: nā
tunc per donationem generalem non vi
23 detur reuocata prima habito casu. d.l. si
maritus. argu. eoꝝ que notat Bar. in. l.
rem legatam in fi. de adimen. lega. † vbi
dicit q̄ si aliquis donat vxori quicquā et
postea obligat omnia bona q̄ per gene-
ralem obligationē non videtur reuocata
donatio: quia nō videtur ea mēte obliga
tum vt reuocetur donatio. ff. si marit⁹. d.
l. cum hic status supra alleg. Secunda ra
tio sit quia obligatio generalis nō afficit
ita rem sicut specialis. argu. l. est differēt
tia. ff. ex quib. causis. pig. taci. contra. sed
cū donatio omnium bonoꝝ hodie sit ꝓ
hibita etiam solū presentium. l. lxvij. j. et
donatio a patre in filiū sit solū tertij & q̄n
ti nō potest dici generalis omniū bonoꝝ
sed specialis tertij & quinti: ex quo sequi
tur q̄ reuocabitur prima donatio: † tamē 24
quia quantum ad hoc nō debet fieri diffe
rentia filij emancipati et in potestate. d.l.
xv. in prin. & dixi. nō reuocabitur ꝓma do
tio per secundam. Aduerte q̄ hanc. l. in
prin. vsq; exclusiue ibi. e si de mayor va-
lor. intelligo quando donatio comprehē
debat legitimam, & vltra: non autem to-
tum tertium & quintum. In fine quan-
do donatio excedebat legitimā tertiū cuz
quinto hoc satis probatur ex illius litte-
ram. Si vero donatio non excedit legiti
mam nō intelligitur filius in ea meliora
tus: quia ista. l. nō loquitur in predicto ca
su. Confirmo: nam alias corrigeretur titu
lus de colla. quātum ad donationem: et
esset contra. l. xxvij. infra. de quo remitto
ad dicenda per me in. d.l. xxvij. in finali
col. Poterit enim prima pars verificari i
donationibus que nec conferuntur nec
computantur: q̄ etiam si in eis nō sit ex-
cessus legitime in his videtur donans
meliorare ad hoc vt nec donatario neq;
alteri possit fieri meliratio nisi ad cōple-
mentum tertij & quinti habita ratione di-
ctarum donationum: nam videbat posse
donantē meliorare i tertio & quinto ipsuz
donatarium vel alterū inconsiderata pre
dicta ratione: cū donatio precedens non
computabatur nec veniebat conferen-
da: de quibus dicam in. l. xxvj. in fi. et
in. d.l. xxvij. † Quero quomodo & quan 25
tum filij reuocare ab extraneo possint
de tertio relicto extraneo a patre qui e-
tiam vni filiozuz quintū reliquit. videte.
Dyda. de segu. d. volu. folio. liij. col. j.
et in prin. sequen. vbi subdit q̄ si aliquis
habens filios cum extraneis possit tamū
relinquere quintum suoꝝ bonoꝝ reliqt
tertium: q̄ dictū legatū de tertio valebit
vsq; ad cōcurrentem quantitatem q̄nti: &
in residuo reuocabitur dictū legatū: & qō
fuerit reuocatum applicabitur omnibus
filijs cum eoꝝ sit legitima per. l. ix. titu. v.
lib. iij. folio. ll. & alia iura huius volu. quā
sententiā probat ipse per columnam & di

Universidad de Deusto
Biblioteca

26 midiã. † Quero vtrũ meliozatio debeatur filio quem pater puus meliozauerat ꝛ ex psuasionibus alioꝝ alĩ meliozauit an secundo. ꝛ est dicendũ ꝙ talis meliozatio est aduocanda illi qui postea fuit meliozatus ꝛ applicabitur illi qui primo fuit a patre meliozatus. ita Dida. ō segu. d. vol. folio. lxxxuij. col. iij. per ꝓbationes quas adducit in. d. folio col. iij. ct. d. iij. vbi refert scribentes in locis de quibus ibi per illuz. † Et nota in materia do
27 nationuz: ꝙ si filius moꝛtuo pfe dicat certum fundum sibi fuisse a patre donatũ eo quia per decennium viuo patre ꝛ patiẽte illum possedit de fructibus pro libito voluntatis disponendo: certe hoc modo ꝓbatur donatio: ita singu. tenet Saly. in. l. filie cuius. in. ij. q. C. fami. hercis. refert et sequitur Jas. in. l. qui in aliena. in pn. in vlt. col. ff. de acqui. here. Facit ad hoc. ꝙ si filius emancipatus longo tempoze tenuit aliquas res paternas: nec apparet quo iure pater presumitur ei donasse. Albe. dero. in. d. l. qui. in aliena. in princi. per multa iura que ibi allegat. vbi Jas. in d. vlti. col. subdit. caueamus ꝙ quãdo ꝙs pretendit titulo donationis cũ non probat etiam ex prestatione decẽnali. ergo minus ex sola patientia lõgi tẽpoꝛis cum habeat presumptionem iuris in cõtrariũ. cum nemo presumatur donare ꝛ sic iacta resuum. l. cum de indebito. ff. de ꝓba. de quo videte relata per eundem. Jas. ꝛ que ibi ipse dicit i. d. vlti. col. ad fi. Et quia presens. l. loquitur de donatiõe facta a patre vel matre filio aut descendẽti: ꝛ nullum ius huius libi loquitur ō donatione a filio patri. † videamus nunqd filius patri donare possit: de quo dicit vt per Bar. in. l. frater a fratre in vlti. col. ff. de condi. in de. Ang. in. l. quotiens per illum ter. ff. solu. ma. Rapha. cu. in. l. si qs pro eo. ff. j. ff. de fideiu. Et an talis donatio filij i patrem firmetur iuramento: dic ꝙ sic secundum Joan. an. i addi. Specu. in tutu. de testa. ff. j. super ver. pone filius. Abb. i. c. cum contingat i vlti. col. de iur. iur. Jas. in rep. d. l. frater a fratre i fi. col. † Mõ omitto ꝙ si pater i vita vni filioꝝ quem i potestate habebat donauerit ãtam partẽ bonoꝝ quod potest. l. vij. tutu. xij. lib. iij. fozo. ll. non tamen ex sua ꝓpria ꝛ spontanea voluntate vel blãditijs ipsius filij: sed ex eiꝰ filij assidua petitiõe ꝙ talis donatio non confirmabitur moꝛte patris: cum talis donatio videatur fieri ex quodam calozе iracundie: ita infert Dida. de segu. in. d. folio. lxxxuij. v. col. iij. in pin.

donato facta a filio

81

91

¶Sequit recapitulatio legis.xxv.

1 ¶Testatoꝛ pſumitur pro ea parte gra
naſſe: pro qua honozauit.
2 ¶Grauare non possum quem nõ honozo.
3 ¶Pater sicut potest grauare fideicommisso legitimos heredes suos sibi ab intestato successoꝛes: ita potest grauare fideicommisso legitimos heredes filij sui impuberis.
4 ¶Ratio quare grauamen sit inter descẽdentes legitimos vt hic.
5 ¶Tertium non poterit per substitutio
nes relinqui extrancis: stantibus descendentibus: ascendentibus vel consanguineis dantis aut relinquentis tertium. 6
¶Tertium quamuis secundum dispositionẽ huius. l. ꝙ substitutiones nec aliter extraneo relinq̃ poterit extantibꝰ personis de quibus in ca: tamen si grauamẽ imponitur de relinquendo tertio extraneo quamuis non valeat de illo: valebit quo ad quintum.
¶Transactionis ad esse tria requirun
tur. 7
¶Judex vtrũ possit cogere ad trãsactiõ
nem vel compꝛomissum. 8
¶Actio ꝑscriptis x̄bis cõpetit ex transactiõe inita nudo pacto. de q̃ videatis hic. 9

10 ¶Contractus ꝛ obligatio nudo pacto ꝛ per consequens sine stipulatione valet ō iure huius regni.
11 ¶Leges prohibentes dare tertiz extraneo non annulant factum. quamobꝛem si non valet vt agitur. valebit vt melius valere potest: ꝛ hic ponũtur sex casus in quibus si non valet vt agitur: valebit vt melius valere potest.
12
13 ¶Casus in quibus si nõ valet qõ ago vt ago: nec valebit vt potest.
¶Ex vbi exigit certam fozmam verborum. illa omissa vitiatur actus: quamuis clausula omni meliozi modo apposita
14 sit.
¶Clausule omni meliozi modo: videte
15 remissiue hic.
¶Grauamen fiat inter descendentes illegitimos: qui habeant ius posse succedere illis. deficientibus descẽdentibus legitimis.
16
¶Descendentes illegitimi preferuntur
17 hic ascendentibus legitimis.
¶Consanguinei preferuntur extrancis
18 in grauamine tertij.
¶Vincula facta secundum istam dispo
sitionem sine fiãt in tertio aut quinto va
19 lebunt vt hic.
¶Verbum perpetuo intelligitur centuz
20 annozum.
¶Verbum perpetuum in materia que ō sui natura est perpetua intelligitur de cẽ
21 tum annis.
¶Dictio ꝑpetuo quot modis capiatur. ꝛ de multiplici significato dicte dictionis.
22 ¶Annuz aliquid si est relictum ecclesie imperpetuũ: ꝙ ratione infinitatis euitande: illud imperpetuum intelligit vsq̃ ad centũ annos: ita ꝙ elapsis centum annis non debetur amplius ecclesie: de quo videatis hic.
23
¶Vite longissimum spacium in homine
24 est centum annozum.
¶Presumitur quilibet viuere vsq̃ ad cẽ
25 tum annos.
¶Eternum est quod semper fuit ꝛ est. vt
26 deus.
¶Sempiternum est qõ incipit ꝛ nõ desinet. vt anima angelus.
27
¶Filius meliozatus in tertio ꝛ quinto si imposítum in quinto grauamen adimplere neglexerit: an etiam tertio pruetur.

¶Fidei commissum fit per verba diuersa: de quibus late hic. 28
¶Grauamina de quibus in ꝑsenti. l. post 29
sunt remissa per testatoꝛem vel meliozantem ꝛ remanebit meliozatio pura.
¶Donauit quidã alicui fundum vt ꝑ post 30
certum tempus esset alicuius ecclesie. donatoꝛem posse sola eius voluntate hoc remittere pactum.
¶Donatio facta inter viuos irreuocabi 31
liter omnium bonoꝝ ꝑsentium ꝛ futuroꝝ retento vsufructu cum pacto ꝙ post moꝛtem donatoꝛis donatariꝰ daret dimidiã bonoꝝ vel estimationem pauperibus ꝛ puellis maritandis: ꝙ respectu dimidie vande pauperibus ꝛ puellis maritandis poterit reuocari.
¶Annullato onere vtrũ meliozatio an 32
nulletur.
¶Filius an possit consentire grauamini 33
apposito in legituma: taliter ꝙ post moꝛtẽ restituat filio suo primogenito: ꝛ ille etiã suo: ꝛ imperpetuum vt hic dictam vinculari legitimam.
¶Ongo fideicommissoꝝ. 34
¶Legata ꝛ fideicommissa esse inter se di 35
uersa ꝛ varia.
¶Institutio si reddatur nulla: fideicõmi 36
sum a venientibus ab intestato debeatur.
¶Fidei cõmissum censetur onus ꝛ grauamen regulariter. 37
¶Fideicõmissum iniunctũ vni ꝑsone: re 38
gulariter nõ extenditur ad aliam.
¶Fidei cõmissum bene potest opari com 39
modum ꝛ fauoꝛem.
¶Fideicõmissum relictum post moꝛtez 40
grauati censetur esse cõditionale si fideicõmissarius supeꝛuiuat ipsi grauato: vt de si predeceꝛdat: extinguitur tanquã defecta conditione.
¶Fideicõmissum conditionale nõ trans 41
mittitur ad heredes si fideicommissarius interim pendente conditione moꝛiatur.
¶Testatoꝛ si reliquit aliquid nepoti et 42
adiecit: ꝙ si deceꝛeret sine liberis reuerteꝛetur ad heredem vniuersalẽ: ꝙ si interim heres vniuersalis deceꝛeret: amodo restitutio non debetur.
¶Filius fideicõmissum conditionale re 43
lictum sibi a patre: si moꝛitur pẽdente cõditione non transmittit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

44 ¶Pater si sit grauat⁹ restituere filio post mortem ipsius patris: ⁊ predecedat filius fideicommissum remanet penes patrem.

45 ¶Grauamina de quibus in ista.l.nō cessant etiā si honorat⁹ ⁊ grauatus decedat cum liberis.

46 ¶Dispositionem patris vnum de filijs suis in quinta parte bonorum meliorantis: ⁊ eandem partem penes suos heredes remanere volēs: vltra quartū gradum ipsius testōris descendentium semper extendi.

47 ¶Testōr vtrum in testamento possit prohibere diuisionem imperpetuū inter heredes fieri.

48 ¶Conuentio partium valeret: ⁊ lauduz arbitratoris: q toto tēpore cōtrahentiū non liceat diuidere.

49 ¶Nemo inuitus cogitur stare in cōione tū in casu.l.fi.ff.de alie.iudi.mut.cā fac.qs compellitur stare in cōione.

50 ¶Directo qō nō pōt relinqui: nec per fideicōmissum relinqui poterit.

51 ¶Prohibitum vna via alia concedi nō debet.

52 ¶Ascendens qui solum descendentem legitimum habet poterit illum meliorare respectu alterius aut aliorum descendentium legitimorum forsan genuendoz: et necessariū esset causaz hāc ad meliorationis validitatem assignare.

53 ¶Meliorat⁹ ⁊ grauatus si bona melioratiōnis ante euentum conditionis grauaminis aut fideicōmissi dilapidat: qualiter succurratur ille in cuius fauorem conditio apposita fuit.

54 ¶Sequestrum quamuis nō consistat in rebus immobilibus: tamen pōt interdici illorum alienatio.

55 ¶Suspitio quando est de aliquo ne fugiat pōt interdici vēditio seu alienatio bonorum immobilium sicut possunt mobilia sequestrari.

56 ¶Bannitus nō potest vendere bona q̄ in ciuitate relinquit: si est ei prohibitus p superiorem.

57 ¶Dānatus fideiubere a testatore solucōs non repetit.

58 ¶Mandatum qui habet vt se obliget: videtur etiam habere mandatū q̄ soluat.

59 ¶Dispositū p hāc.l. in melioratione tertij habeat locū ⁊ in maioratu.

60 ¶Lex extraneū.C.de hered. instit. fallit in casu istius.l.

61 ¶Grauamina de quibus per hanc.l.nō solum ponit possunt in fauorē filiorum legitimorū primi gradus: sed etiā in fauorē aliorum descendentium legitimorum: quibus decti filij primi gradus vuerent tpe melioratiōis ⁊ grauaminis tertij.

62 ¶Dispositio.l.xliij.infra nō extendit ad casum huius.l.de quo etiā videte. qa faciunt que dicā in.ll.xlij.⁊ xliij.in fi.

a Mandamos. Inquantū hic dicit q̄ meliorans in tertio possit melioratū grauare habuit ortū a iuribus dicētib⁹ q̄ inquantū q̄s honoratur poterit grauari, de quo per.l.ab eo.C.de fideico.l. q̄dam testō. ℌ. fi. de lega. j. l.j. C. de leg. qō procedit etiā si p mediā personā veniat.l.cum filiosa. de lega. j. Facit ter. tibi bar. in.l.si mulier ℌ. fi. de lega. iij. vbi si concedo tibi habēti propietatē vsufructuz causa mortis possiz te grauare fideicōmisso in eo qō interim a me viuo recipies: secus si pign⁹ libero. qa remissio pignoris nō cōtinet cōmodū pecuniarū. l.si pignus de his que in frau. credi. qō procedit in executore testamēti. Bar. i.l. firmio. ff. qñ dies lega. cedit idē Bar. i.l. alio. in. j. col. i. j. oppo. ō ali. ⁊ ciba. lega. vbi dicit q̄ qñ q̄s relinq̄t ab illo simpliciter cui nihil relinq̄t tale relictū nō valere. ter. est. i.l. plane la scōa. de lega. j. Si tū relinq̄t ab illo cui nihil pecuniarū relinq̄t. facit tū eū executorē tūc valet relictū sicut ab herede simile est in tutore: nā qō relinquitur a tutore videt a pupillo relictū. l. pero. ℌ. mater. de lega. ij. l. etiam. C. de fideico. † ⁊ testatoz p̄sumitur pro ea parte grauasse pro qua honorauit. l. lucius. ℌ. pf. ff. ad trebe. l. ab oib⁹ de lega. j. l. si plurib⁹ ō lega. ij l. vnica. ℌ. sed vt manifestetur. ō cadu. toll. Jas. i.l. si qs in fundi vocabulo. ℌ. si qs heredes in pn. de lega. j. † Et licet quē non honoro grauare nō possim. vt i. d. l. ab eo cū simi. C de fideicō. Jas. i. d. l. cū filiosa. ⁊ i. l. sciendū de lega. j. ⁊ in. l. ex tribus. C. de inoffi. test. hec regula' quinq̄ limitatur modis vt p eundē Jas. in. d. l. ab eo. † Et sicut pater pōt grauare fidei commisso legitimos heredes suos sibi ab itestato succesſuros: ita pōt grauare fidei ꝓmisso legitimos heredes filij sui impuberis. ter. est ⁊ ibi doc. i. l. si ticio. ℌ. sicuti. ō lega. j. rō est scōm glo. Bar. ⁊ oēs ibi. qz cum pf̄ po



mandamos q̄ quando el padre ó la madre mejorarē a alguno ó sus hijos o descendientes legitimos enel tercio de sus bienes en testamento o en otra qualq̄er vltima voluntad o por cōtrato entre biuos que le pueda poner el grauamen q̄ quisiere asi de restituciō como de fidei cōmisso: y hazer en el dicho tercio los vínculos submisiones e substituciones q̄ q̄sierē cō tanto q̄ lo hagā ētre sus ōscē diētes legitimos, e a falta dellos q̄ lo puedā hazer entre sus

merit testari pro filio suo pupillo ⁊ sic ei substituere pupillariter extraneum ⁊ excludere venientes ab intestato etiā si cēt mater ipsius impuberis. l. papinian⁹. ℌ. iz nec impuberi scū concor. iuris ciuilis. ff. ō in offi. testō. et C. si pater. ō testa. lib. vj. ergo nō substituendo videtur dare legitimis heredibus venientibus ab intestato. l. conficiuntur in prin. ff. de iure codicil. igitur potest eos fideicōmisso grauare venientes: ergo ab intestato videntur habere hereditatē impuberis a pfe qui potuit ab illis auferre dando extraneū pupillarem substitutum: igit̄ nō auferēdo videtur eis cōcedere. Jstā cōmunē rationē dicte glo. Bar. ⁊ doc. reprobat subtiliter Aret. i.l. j. ℌ. fi. i. ij. char. quē ibi vide de vulga. ⁊ pupi. p. ter. in. l. vnū ex familia. ℌ. si de falcidia. iuncto pn. ⁊ qō ibi Bar. de lega. ij. Teneam⁹ tñ d. rationem glo. Bar. ⁊ alioz q̄ est cōis ⁊ vera fundamentalisq̄ ratio scōm Jas. in d. ℌ. sicuti. in. ij. col. vbi respondet ad fundamentum subtile Aret. ⁊ post respōsum subdit q̄ illa est veritas. Dicit etiaz ibi q̄ vltra Aret. cōtra istā cōem rationem glo. Bar. ⁊ doc. fortiter vrget ter. in. l. plane in prin. de lega. j. quam. l. legit Jas. cum d. ℌ. sicuti. vbi de hoc in. vij. ⁊ vlti. not. videatis omnimodo ipsuz Jas. post alios quos ibi refert. † Sed q̄ grauamen sit inter descendentes legitimos vt hic. est ratio: nā tertiū est legitima descendentiū respectu extraneorum. l. ix. ti. v. lib. iij. so

Tertium legi filiorz respectu neorz

Universidad de Deusto
Biblioteca

ro legũ: ⁊ hec potuit esse causa decidẽdi ad istã l. circa tertiũ : ⁊ nullũ grauamẽ in legitima imponi debeat. l. coheredi. ℌ. cũ filie. de vulgari ⁊ pupi. l. quoniã in priorib⁹. C. de iofficio. tes. Et ꝗuis p. l. dẽt facultas ascẽdentib⁹ meliorãdi descẽdẽtes : est tñ taliter ꝙ sicut de tertio in extraneũ nõ valet relictũ sed in descẽdentẽ: ita in grauamine eius, vult ista lex seruari stantib⁹ descẽdentibus. ꝺa alias per obliquũ ⁊ fideicõmissum daretur tertiũ extraneo. qõ esse nõ debet. nã qõ non põt relinqui directo: nõ põt relinq̃ per fideicõmissum. l. q̃ testũ. ff. de pba. l. cũ quis decedẽs. ℌ. nita. de lega. iij. Bal. i. l. fi. in. v. col. ℵ si. aut in honorato. C. de codicil. Dida. de seg. d. vol. fol. viij. col. j. ⁊ fol. lix. col. iij. ⁊. iij. vbi ponit regulã cũ septẽ limita. quas videatis ⁊ eundem Dida. in. d. fol. viij. col. iij. In eo qõ hec. l. inquit † ꝙ p substitutiones non poterit tertiũ extraneis relinqui stantibus descendẽtibus ascẽdentib⁹ vel cõsanguineis. Ideirco dicit iuri cõi. pbo. Lertiũ est ꝙ i legitima põt fieri substitutio pupillaris. l. papinian⁹. ℌ. ſz nec impuberis. ff. de iofficio. tes. l. sed si plures. ℌ. ad substitutos. de vulg. ⁊ pupi. si enim in legitima põt fieri pupillaris substitutio que nõ solũ excludit consanguineos sed etiã ascendentes. l. p̃cibus. cũ alijs iuris cuiusdã. de impub. ⁊ alijs. ⁊. C. si pf. de testa. lib. vj. de q̃ late dixi i. l. iij. super parte : o q̃ ayan derecho de les heredar: ergo i tertio (ꝗuis sit legitima filio ꝙ respectu extraneo ꝙ dixi ⁊ probaui) qõ hic negatur. Respon. ꝙ diuersum est facere substitutionẽ pupillarẽ que nõ est grauamẽ filij immo promissio l. ex trib⁹. C. de iofficio. tes. quoniã per eam filius moritur testatus qõ est sibi honor. ℌ. j. insti. q̃ ⁊ ex quib. causis manu. non possunt: qõ cessat in grauamine tertij: ⁊ ideo nõ est oppositũ permitti a iure cõi ⁊ regio p iura vulgaria substitutionẽ pupillarem nulla personarũ facta differẽtia: ⁊ negari grauamen tertij nisi vt hic. † Unum tñ est ꝙ licet scõm dispositionẽ huius. l. per substitutiones nec aliter extraneo poterit tertium relinq̃ extãtibus psonis supra. d. si grauamẽ imponitur de relinquẽdo tertio extraneo : ꝗuis nõ valeat de eo. valebit q̃ad q̃ntũ l. si ticio ⁊ mihi. ℌ. j. de lega. iij. vbi si alicui est legatum vltra quã capere põt. ꝙ illud qõ capere põt remanebit penes legatariũ. reliquũ erit illo⁹ q̃bus de iure cõpetit. ita in p̃senti ꝙ cũ iste cui tertiũ ẽ legatũ vel p fideicõmissum relictũ nõ sit totus tertij capax: sed solũ q̃ntũ: ꝙ licet plus q̃nto applicẽt q̃bus de iure statuit. q̃ntũ autẽ cũ extraneo manebit. Facit. l. q̃ q̃rtã. de lega. j. vbi volẽs legare quartã bono⁹. ꝙ errorẽ dimidiã legãs in totã legatũ nõ vitiat sed valebit i minori quota scõm voluntatẽ testõris. Q̃ũ enim aliq̃d relinq̃tur alicui icapaci sine ꝺlicto suo: vt est iste tertij⁹ legatari⁹ q̃ est icapax tertij non propter delictũ suũ: immo p dispositionẽ legis disponẽtis ꝙ nullus sit capax dicti tertij: nisi ille cui debetur legitima i bonis relinquẽtis. vt i. d. l. ix. tit. v. lib. iij. forо. ll. disponitur. tũc qõ reuocatur applicat illis q̃bus legitima debetur vt tenet Bar. i l. fi. ff. ỏ his q̃b. vt idig. Bal. i. l. hereditas. C. eo. titu. Ang. in. l. pẽ. C. de heredi. isti. vbi ⁊ moder. ⁊ in. d. l. hereditas. notat Bal. p tex. ibi i. l. j. C. de natu. lib. ⁊ cũ qõ vltra quintũ est legatum ⁊ inutile sit separabile ab vtili. i. a quinto: minimum si vtile. i. quintum non vitietur per inutile. i. per id qõ est supra quintũ per doctrinam glo. ab oĩbus approbatã in. l. fenebris. ff. de vsu. de quo p Bar. i. l. grece. ℌ. illud. ff. de fideiusso. Bal. post Cy. in. l. sancimus. in pn. C. de dona. Dy. in regula vtile de regu. iur. lib. vj. Bar. Bal. ⁊ moder. in. l. certi ꝺditio. ℌ. quoniã. ff. si certũ pe. Alex. ⁊ moder. i. l. j. ℌ. sed si mihi. ỏ ℵbo. obli. Facit ad idẽ tex. i. d. l. sancim⁹ in pn. vbi inq̃t tex. ꝙ si alicui donaui vltra modũ ⁊ donatio nõ est insinuata. ꝙ illud qõ vltra modũ donatũ est nõ valet: i alio debet tenere donatio ⁊ sic dict⁹ legatarius cũ dicto remanebit q̃nto. ⁊ p cõsequẽs quẽadmodũ legatari⁹ cui simpliciter q̃ntũ legatur cũ illo remanere debet: ita eodẽ modo si sibi legatũ est tertiũ remanebit cũ q̃nto ⁊ p̃sumitur testõr p errorẽ legare tertiũ cũ nõ sit credẽdus testõr inuenire viã p quã sua volũtas infringat. l. iij. ff. de testõ mil. ⁊ videbat ꝓtrariũ: ꝺa error i nõib⁹ appellationis de facile vitiat totũ legatũ. l. si ꝺs fundi vocabulo ỏ lega. j. sed alia est appellatio tertij alia q̃nti. ergo videt nõ valere dictũ legatũ de tertio etiã in quinto. sed nõ obstãte ista pulchra ratione dubi

tã dit: in cõtrariũ credit cẽ veritatẽ Dida. de segu. d. vol. folio. liiij. col. iij. vbi ait se pro hoc allegare tex. expressum in. d. l. q̃ quartã. de lega. j. Neq̃ obstat supradicta ratio dubitandi: ꝺa. l. qui quartã tollit eã. quia cũ quinta insit tertie, ista habent cõmutatẽ rationẽ cõtinentie ex quo res significata per vnam. i. quintam cõtinetur sub altera. i. tertia ⁊ sic in tertia que fuit legata inerat legãda. s. quinta. ergo iste quote nõ sunt omnimodo diuerse, put i. d. l. si quis i fundi vocabulo vbi vna species non inerat alteri: quod est not. secundum eundem. Dida. in. d. fo. liiij. d. iij. col. Ad idem est etiam tex. in. l. quoniã in priorib⁹. C. de inoffi. tes. vbi omne grauamen tollitur de legitima in residuo tamen valet. Facit ꝙ testõr in dubio p̃sumitur testari effectualiter ⁊ nõ inutiliter. tex. est in. l. meminisse in pn. ⁊ ibi Bal. ⁊ Jmol. p illum notant de lega. ij. Ad idem quoq̃ facit: ⁊ quia non debet assumi intellectus qui legatũ vitiet. l. quotiẽs la scõa. ỏ reb. du. Facit iura. in. l. peto. ℌ. mater. ibi etiã tutorẽ fore arbitrabatur de lega. ij. i. l. cõdicillis. ℌ. fi. ff. de vsufru. lega. l. imperator. ℌ. j. ⁊ ij. de lega. ij. auct. vnde si parens: de inoffi. testa. l. si totas. C. de inoffi. dona. bonus est tex. ⁊ ibi Bal. in. l. hac edictali in pnci. de secun. nup. ⁊ in. l. vij. in scõo resp. in fi. tit. xij. lib. iij. forо. ll. Sed videtur obstare. Certũ enim est ꝙ tertius extraneo relinqui non potest. d. l. ix. titu. v. lib. iij. forо. ll. sed quando. l. resistit nec valet actus vt agitur neq̃ vt valere põt. l. ℌ. si quis ita de verbo. obli. l. j. ℌ. cũ qui inutiliter. ff. de consti. pecu. facit ad hoc. l. si causa cognita. C. de trãsa. vbi potest remitti iudicatũ per acceptilationẽ nõ per transactionẽ: ⁊ si fit remissio per trãsactionem : talis transactio nõ valet vt transactio nec vt nudum pactum. ita Bar. ibi vbi ait esse menti tenendũ: ⁊ ꝙ videamus glo. not. ibi. Solu. est ꝙ in dictis iurib⁹ tur : nam ad hoc vt valeat stipulatio requiritur loquela vtriusq̃ alias nõ valet. l. j. in pnn. de verbo. obli. Sed in. d. ℌ. si quis ita promisso⁹ non prebuit responsum verbis: sed annuendo caput: et ideo illa inutilis stipulatio nec valet vt nudũ pactum. Similiter in. d. l. si causa. vbi annullatur transactio facta super re iudicata: taliter ꝙ nec vt nudum pactum valet. est quia de substãtia transactionis est ea⁹ fieri de re dubia. l. j. ff. de transa. sed res iudicata habetur pro veritate. l. res iudicate. C. de re iud. ⁊ ei est parẽdum. l. si pecuniã co titu. ⁊ vol. igitur non est mirandũ si nec vt trãsactio: nec vt nudũ valeat pactum: quoniam defectus erat in substãna l. j. C. que sit longa. consue. † Tria enim requirũtur ad esse trãsactionis. ꝓmum ꝙ fiat de re dubia. scõm. ꝙ sup lite incerta ad denotãdũ ꝙ si dubietas causetur alunde q̃ rõne litis mote vel mouẽde vt i casu. l. ỏ fideicõmisso. C. de transa. non est ꝓprie trãsactio sed improprie. ita Jas. not. p tex. ibi i. d. l. j. ff. de trãsa. i pen. col. ⁊ ita formaliter tenet glo. ibi dictũ scõm req̃situ quã sequũtur Bal. ⁊ Ful. ibi. licet Bal. dicat ꝙ etiã tunc ꝓprie fit transactio. Jas. in. d. pen. col. vbi subdit ꝙ ita notãt ex. d. glo. q̃ renera dicit cõtrariũ scõm eundez ibi. Tertiũ ꝙ non fiat gratis sed aliquo dato vel retẽto vt i. d. l. j. innitur ex differẽna pacti ⁊ est expẽsum i. l. transactio nullo dato. C. de transa. Predicta sunt intelligenda i trãsactione ꝓprie sumpta. large autẽ ⁊ improprie trãsactio capitur pro omni actu p quẽ ab obligatione receditur. l. j. in ℵ sic, transigẽdi. ⁊ ibi Bar. not. ff. de pac. l. iij. et ibi Bar. ff. de iur. iur. † Quero viruz iudex possit cogere ad transactionez vel cõ promissũ. videte doc. maxie Bal. et moder. i. l. quidã estimauerũt. ff. si certũ peta. ⁊ aliqua p Jas. in. l. si quis maior. i. iij. col. ℵ si. vltra alios. C. de transa. ⁊ plenius p eũdẽ in. d. l. ꝺdã estimauerũt i vltu. not. † Ex trãsactione inita nudo pacto cõpetit actio ꝑscriptis ℵbis. tex. est i. l. si. p fundo vbi ad hoc notãt doc. C. de trãs. cõtrariũ ỏ directo dicit tex. i. l. sine apud acta. eo titu. ⁊ vol. ⁊ i. solu. laborãt doc. quos refert Jas. in. d. l. si p fundo i. v. not. vbi residet dicẽs. ꝙ difficile est sine subaudito pacto respõdere. † De iure hui⁹ regni valet; contractus ⁊ obligatio nudo pacto ⁊ p cõsequẽs sine stipulatiõe. vt i. l. iij. titu. viij. lib. iij. ordi. ex quo resultat. ꝙ si talis cõtract⁹ aut obligatio fit per instrumẽtũ publicuz q̃ habet executionem paratam exequetur tale instrumentũ licet ex nudo descendat pacto sicut alia instrumenta publica

que executionem merentur. Si tñ dicti pactū nō venit in tali instrumēto actio et 11
exceptio ex illo oriūt vt i.d.l.iij.†. Sed leges phibētes dare tertū extraneo nō annullāt factū: quā ob rem si nō valet vt agit: valebit vt melius valere pōt: zqa voluntas testantis patet nā relinquēdo extraneo tertiū voluit vt tertiū caperet: z si de iure nō poterat qđ sibi p̄mittebat ac- 7
ciperet quoniā quando cōstat de mēte disponentis valere voluisse valz vt pōt. Bar. in.d.Ḡ.si q̄s ita.d.l.j.de x̄bo obli. probāt iura in.l.j.ff.de condi.l.fi. C.co. titu. Et ex x̄bis Bar. vbi supra vltra p̄dictū sit secūdus casus vbi si nō valet vt agitur valet vt pōt: quādo inter id qđ agitur z fieri pōt est differētia in cōmodo z non in modo constituendi.l. via cōstitui.ff.de serui rusi. pred.l.si tam angusti.ff.de serui. Tertius sit quādo sumus in parte dispositionis dependētis ex volūtate vni⁹.l. scevola.ff.ad trebe.l.x̄bis ciuilib⁹ de vulg. z pupi. Quart⁹ sit quādo sum⁹ i obligatione dissoluēda z ē peccatū i forma. Bar. i.d.Ḡ.si q̄s ita. tex. est z ibi Bar. in.d.l. an inutilis scēm vnā lec.ff.d accepti.l. si vn⁹ Ḡ.si acceptilatio. ff. de pac. Iste tñ casus pōt duob⁹ limitari modis. Prim⁹ est nisi facies acceptilationē fuerit prudēs sciēsq nō valere: nō factur⁹ si valere sciret. Bar. i.d.l. an inutilis. que limitatio facit ad itellectū suppositi dicti. s. q licet tertiū relictū extraneo ad quintū reducat vt supra probaui: q nec in q̄nto valebit legatū si testor cū reliqt tertiū credebat nō valere neq i q̄nto nō facturus legatum si sciret valere. Scēa limitatio est in casu.l. su⁹ heres. C. de repu. here. vbi inutilis transactio facta sup hereditate quā q̄s petēdo adiuit non habet vim repudiationis cum fieri non possit de hereditate semel q̄sita: nec vim pacti gratuiti q̄a non cēsetur velle donare qui trāsegit. Quintus est vbi iuramentū interuenit.l.cū pater.Ḡ.filius matrē de lega.j. per quē tex. dicit ibi Bar. q iuramētū impor-
descendientes illegitimos[b] que ayan derecho de les poder heredar: e a falta de los dichos ōs cēdientes q̄ lo puedan hazer entre sus ascendiētes: e a falta de los suso dichos puedā hazer las dichas submissiones entre sus parientes. e a falta ō los parientes ētre los estraños e que de otra manera no puedan poner gravamen alguno ni condicion en el dicho tercio. los quales dichos vinculos e submissiones ora se hagā en el dicho tercio de mejoria

tat istā clausulā q illō super quo ponit valet omnimodo quo valere pōt. ō quo per cundēi.l.si q̄s p̄ eo.ff.de iudicius. Sextus est vbi est defectus in causa efficienti.l. quacūq ratione.ff.de p̄cu. facit nota ta i.l. filius sa. Ḡ. si q̄d alicui de lega.j.l. multū interest ō x̄bo obligatenet Bar. in.d.l. an inutilis. in princi. † Possunt etiā ex verbis Bar. vbi. Ḡ. col 12
ligi casus in quib⁹ si non valet quod agit vt ago nec valebit vt potest. Primus sit q̄n sum⁹ i totali dispositiōe vltīe voluntatis.l. nō codicillū. C. ō testa. Scēs vbi agit ō obligatiōe cōtrahēda. tex. est i.d.Ḡ.si q̄s ita. Tertius q̄n sum⁹ i obligatiōe dissoluēda z ē peccatū i forma. Bar. i.d.Ḡ.si q̄s ita. tex. est z ibi Bar. in.d.l. an inutilis secūdū vnā lec. glo. Mai⁹ est eni peccatū i forma q̄s in materia notat Bar. p tex. ibi i.d.l. an inutilis in p̄n. Dida. ō seq. d. vol. fol. ex vij. col. iiij. † Hinc est q vbi lex exigit certā formā x̄boz illa omissa viciat 15
act⁹ licet clausula oi meliori mō apposita sit. Domi. i. c. vnico i notabilib⁹ ō postu. p̄la. lib. vj. † De ista clausula videte per 14
Bar. i.l.si ita. i vlti col. ō auro z argē. lega. i.l.iij. Ḡ.j.ff. ō duob⁹ reis. i.l. codicillis Ḡ. luci⁹ de lega. ij. videte oimodo relata p Feli. i.c.cū sup. i vlti col. de offi. de leg. vbi ponit sex effect⁹ dicte clausule: z tres casus i q̄bus dicta clausula nihil opatur.

b Descēdētes illegitimos. Dicitur hic † q deficientib⁹ descēdētibus legitimis 15
gravamen fiat inter descendentes illegi-

timos qui habeant ius posse succedere illis: verba ista possunt exēplificari in filijs illegitimis de q̄b⁹ p.l.viij. supra: z hoc a fortiori: nā etiam habent locū i filijs illegitimis de quibus in.l.viij. supra. p̄bat hec.l. ibi. de
les poder heredar: z ita q̄
bus de necessitate non debetur legitima: per x̄bū posse sine ne
ora enel q̄nto[c] mandamos q̄ valā para siempre[o] o por el tiēpo que el testador
declarare sin hazer differencia de quarta ni de quinta generacion.

gatiua qō minime necessitatem inducit. vt dixi in dicta.l.viij. Confirmo quoniaz si loqueretur solum de filijs illegitimis q̄bus debetur legitima matris non stantibus descendentibus legitimis vt in.d.l. vij. vsa fuisset. ista.l. verbis de quibus vsa fuit.l.iiij. ibi. o que ayan derecho de les heredar. Faciunt in proposito que dixi in.d.l. iiij. super pred. verbis. Quib⁹ non extantibus fieri debet gravamen inter ascēdentes. Nec obstat si dicatur † q x̄ 16
hic preferuntur descendentes illegitimi ascendentibus legitimis: quia in.d.l.vij. preferuntur in successione tam ex testō q̄ 17
ab intestato. z in.d.l.viij. ex testō. † Preferuntur etiam consanguinei extraneis in gravamine tertij vt hic. quod est contra ius commune. probatur. Certuz est q ex traneus etiam ignotus potest heres instituī.l. extraneū. C. de here. insti. et fratres cum eis non debeatur legitima non possunt regulariter fratris testō querelare.l. fratres. C. ō inoffi. tes. si ergo fratre exclu so extraneus pōt heres institui vniuersaliter multo fortius est dicendū q gravamē de quo hic possit in extraneū fieri exclusis cōsanguineis quoniā eis successio ex testō non debetur.

c Ora enel quinto. dicit etiā.l. † q vin- 18
cula facta scēm istā dispositionē sine fiāt i tertio aut quinto. zc. clare colligit ex his x̄bis q nō solū ordo de quo in litera est seruādus in gravamine tertij: sed etiā q̄nti qđ videtur esse contra ius: nam quintuz cuicunq capaci pōt relinqui omisso filio vel descēdenti. d.l.ix. cū concor. ritu. v. lib.iij. fore. li. in quo cessat ratio per quaz ista.l. fuit. de qua dixi s in eius p̄n. tamen dicite q nostra presens lex bene inqt sine cōtradictione. Probo. in p̄n. eni legis solū dicitur de gravamine tertij in quo est seruādus ordo legis alias nō poterit poni gravamē i dicto tertio vt hic. Si autez gravamen scēm ordinē legis fiat valebit siue sit in tertio aut q̄nto: non tñ iubet lex seruari ordinem predictum in gravamine q̄nti nec prohibet gravamen quinti ordine non seruato: vt iubet z p̄hibet in gravamine tertij vt hic. Quod qđē gravamē iuxta formā p̄senti traditam iniunctum valebit.

d Para siēpre: aut per tēpus qō testor declaraverit vt hic. Si enim verbū para siempre intelligimus perpetuo est dicendū q gravamē de quo hic finiatur spacio centū annoz † q̄a verbū perpetuo intel 19 Vbum Perp
ligitur centū annoz. ita Bar. in.l. annua Ḡ. a ticia. de annu. leg. idē in .l. si vsufruct⁹. de vsufru. leg. glo. sunt de hoc in.l. an vsufructus. ff. de vsufru. in.l. pē. de annu. lega. in.l. hereditatuz. Ḡ. cōputatio. ff. ad.l. falci. in.d.l. si vsufructus municipib⁹. ō vsufru. leg. facit etiā gl. in.l. ij. Ḡ. hoc interdictū perpetuum. ne quid in loco publi. † vbi 20
x̄bum perpetuū in materia que de sui natura est ppetua intelligitur de centum annis. † Et quot modis dictio ppetuo capiatur. vide que dicit Jas. in.l. ij. in p̄n. in j. col. ff. solu. ma. z in.l. videam⁹. Ḡ. ō ferre ff. de in litem iur. de multiplicitq significato dicte dictionis videte glo. i.l.j. ff. p socio. Et in ppōsito Jas. in. d.l. ij. i p̄n. i. d. j. col. z i.d. Ḡ. deferre refert Alex. in locis de quib⁹ vtrobiq per eū ad hoc. s. se Alexandrū alias consulnisse in contingētia facti z obtinuisse. † q si relictū est aliq̄d 22
annuum ecclesie in perpetuum q ratione infinitatis cuitande: illud in perpetuū intelligitur vsq ad centum annos. ita q ecclesis centum annis non debetur amplius ecclesie: z sic plenius cōsuluit in consi. lx. incip. omisso multiloq̄o. in j. vol. vbi ad hoc multa allegat. Cōtra quā decisionez Jas. in. d. j. col. z i. d. Ḡ. deferre dicit q semper tenuit: immo q intelligitur perpetuū vsq in infinitum: z non restringitur ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

centum annos: ꝛ subdit in.d.j. col. q̄ in
ista materia Alex. equinocaut. nam illō
quod dicit procedit in vsufructu: si relin-
quatur vsufructus ecclesie vel municipi-
bus intelligitur vsq̄ ad centū annos ꝛnō
plus: sed in legato annuo q̄ non bene di
cat: quia nō restringitur ad centū annos
immo intelligitur in perpetuū. i. in infini-
tū annum per rationē quā assignat Jas.
in.d.ℌ.deferre.ꝛ in.d.j.col. per quam ra-
tionem inquit ipse in.d.ℌ.deferre. q̄ licet
in legato vsufructus relicto in perpetuū
ciuitati aut ecclesie intelligāt vsq̄ ad cen
tum annos tantum: quia alias propetas
esset inutilis cū ecclesia nunq̄ moriatur.
ergo in legato annuo facto ciuitati vel ec
sie cū cesset ista ratio non debet restringi
in perpetuum idest ad centū annos: sed
debet intelligi in infinitū: ꝛ ita i hoc tenet
Jas. contra Bar. in.d.l. si vsufructus mu
nicipibus ꝛ contra. Alex. vbi supra. teste
ipso Jas. in.d.ℌ.deferre: que dictio in per
petuum habet multas significationes vt
dixi et probaui maxime allegando. d. gl.
in.d.l.j. ff. pro socio: ꝛ inter ceteras illam
que vitam hominis importat ꝛ sic donec
vuit. d.l.j. ꝛ ibi glo. Jas. in.l. si is q̄ pro em
25 ptore in.xlij. col. in fi. ff. de vsuca, † lōgis-
simum vite spatiū in homine est centum
annoꝝ. Jas. in.d.xlij. col. in fi. vbi allegat
quasdam glo. per me supra alleg. ꝛ.l. fi. ō
sacrosan. eccle. † ꝛ quilibet presumitur vi
24 uere vsq̄ ad centum annos. d.l. fi. ō sacro
san. eccle. Jas. in.l. cum quid in scōa lec. in
pen. col. ff. si certum peta. ꝛ in.l. edicto. in
iij. col. in p̄n. de edic. diui adria. toll. ꝛ in
l. vt inter diuinum. in fi. col. de sacro san.
eccle. tamen hanc presumptionem opoꝛ
tet allegare Jas. in.d.l. cum quid. in.d. pē.
col. ꝛ in.d.l. vt inter diuinum in.d. fi. col.
ꝛ vtrobiq̄ probat. Si x̄o predictum ver
bum intelligimus in sempiternū non ex
pirat grauamen centū annis. glo. est hoc
probans i.l. cum debere columnā restitue-
re. ff. de serui. vrba. pred. i verbo eternus.
25 † vbi dicit q̄ eternum est quod semp fuit
26 ꝛ est vt deus. † sempiternum autē quod
incipit ꝛ non desinet vt anima angelus:
que glo. est not. in ista differentia secun-
dum Bar. ibi. ꝛ dictio semp denotat con
tinuationem seu perpetuitatē. Bar. in.l.
j. in ij. col. ff. solu. ma. allegat. l. gaio. ℌ. im
perator de alimen. ꝛ cib. lega. de quo per
eundem ꝛ alios in.d.l.j. † Quero si i ter- 27
tio ꝛ quinto filius meliozatus impositum
in quinto grauamen adimplere neglexe
rit etiam tertio priuetur. videte Dida. de
leg. d. vol. fol. vij. col. j. in fi. cum duabus
sequen. vbi in. iiij. col. ponit tres cōclusio
nes in isto passu: quarū prima est. q̄ fili⁹
iussus a patre testōre aliquid adimplere
non amittet legitimā vt auct. hoc ampli⁹
de fideico. dicit expresse. Secūda q̄ quē
admodū nō amittit legitimam ꝓpter. d.
negligentiā: ita eodem modo nō amittit
tertiam partē bonoꝝ in qua fuit melioza-
tus per rationes quas predixerat. Ter-
tia conclusio. q̄ in illa parte bonoꝝ que
remanet eidem filio ex quinta parte bo-
noꝝ legatis et fideicōmissis persolutis i
qua etiam q̄nta fuit meliozatus venit fili⁹
priuandus ꝛ q̄ hodie. d. auct. in quantum
loquitur de filio supradicto modo sit pra
ticanda quod est not. secundū eundē in
d. iiij. vol. quotidianum q̄. Et q̄ per pre-
dicta dabitur vna limitatio ad ea que di-
xit Bal. in.l. qui filiabus. ℌ. fi. in fi. ō lega.
j. vbi inquit q̄. d. auct. habet locum nō so
lum in hereditate sed etiā in prelegato: q̄
illud intelligatur verū i prelegato quod
non sapit naturam legitime vt est regula
riter: secus tamen est in prelegato sapien
ti naturam ꝛ qualitatē legitime vt est pre-
legatum factum de dicto tertio: nam tunc
nō habet locum dicta auct. quod est not.
pro limitatione ipsius auct. ꝛ nouum in
materia. teste ipso Dida. de Segu. in. d.
iiij. col. Non omitto hic in quantum
loquitur ista. l. de restitutione ꝛ fidei com
misso † quod fit per verba diuersa: quia 28
si testatoꝛ vel meliozans dixerit sis con-
tentus tali fundo pro portione tua in-
ducitur fideicommissum. tex. est in. l. pe-
to in prin. de lega. ij. ꝛ ibi Bar. vbi notat
q̄ verba dispositiua licet sint defectiua in
eo qō nō apparet persona grauati indu-
cunt fideicōmissum ꝛ videtur heres grā-
uatus: simlis est tex. in. l. si seruus. ℌ. qui
margaritam de lega. j. vbi q̄uis x̄ba le-
gati referantur ad debitoꝛem actio com
petit contra heredē cui in dubio videtur
onus impositū. per quem tex. dicit Bal. i
l. j. ad fi. C. vt ac. ab here. q̄ si testōr dicit
lego post mortem ticij videtur legare he-

redi titij. qui tex. est vnicus ad hoc q̄ im-
personalitas in vltimis voluntatibus re-
fertur ad heredem vniuersalem. Secun-
do notat q̄ si verba sunt defectiua respec-
tu persone cui debet dari intelligit testa-
toꝛem prouidere instituto heredi. l. si ita
ꝛ melius in. l. labeo. l. qui pecuniam ō sta
tu lib. ꝛ si non est heres ex testamento cui
possit intelligi prouisum intelligitur ō he
rede ab intestato ita Bar. i. d. l. peto. Hec
obstat. l. filiusfa. ℌ. dim. de lega. j. quia ibi
fuerunt verba que continent cōmodum
seu prouisionem eius ad quem dirigun-
tur ꝛ consilium ne alienet vnde in dubio
videtur dictum gratia eius non alterius.
Sed in.d.l. peto verba continebant gra-
uamen eius ad quem diriguntur ꝛ sic nō
possunt intelligi pro lata gratia eius sed
alterius. s. coheredis vel venientium ab
intestato glo. est in. d. ℌ. dini. ꝛ Bar. in. d.
l. peto. facit. l. cum pater. ℌ. mādo de lega.
ij. ꝛ ideo si testatoꝛ adiecit dicta verba aut
q̄ plus peterevel haberenon possit ꝛ nul
lus alius erat heres institutus vniuersa-
lis: tunc videtur dixisse illa verba fauoꝛe
venientium ab intestato. d. l. peto. versi.
idem dicimus ꝛ sic res reducitur ad cau-
sam intestati. Si autem testatoꝛ prouidē-
do sibi instituit heredem vniuersaliter de
eo qui secundum cogitationem defuncti
in omnem casum poterat esse heres vt in
stituendo hominem iam natum. tunc illa
verba videntur dicta fauoꝛe instituti. d. l.
peto. in p̄n. ꝛ ita illud plus petere vel ha-
bere nō possit intelligitur instituto adcū-
te. l. paulo calimacho. ℌ. j. de lega. iij. quā
doq̄ testatoꝛ sibi prouidet de aliquo qui
etiam secundum cogitationem suam he-
res esse non poterat nisi in vno casu tan-
tum vt quia instituit ventrem vxoꝛis sue
si pregnans erat ꝛ si ad lucem peruenerit
ꝛ eo casu quo pregnans erat ꝛ si ad lucez
non peruenerit nil disposuit: tunc predic
ta verba dicta videntur fauoꝛe instituti si
erit. si non erit fauoꝛe venientium ab inte
stato. vt in. d. l. peto. in p̄n. ꝛ in. d. versi. idē
dicimus maxime quando testatoꝛ subiū-
git q̄ vult voluntatem suam valere etiam
iure codicillozum ꝛ sic etiam prouidetve
nientibus ab intestato Bar. in. l. quotiēs
ℌ. si duo. ff. de here. insti. Idem si testatoꝛ
dixerit heres mi sufficiant tibi talia bona.
nā p̄ ista verba videtur grauari vt cetera
restituat bona. l. fideicommissa. ℌ. si quis
ita de lega. iij. Idem si dixerit rogo te vel
mando tibi vt custodias hunc fundum ꝓ
filijs tuis. aut pro tua diligentia diligas ꝛ
curam eius agas vt ad filios tuos peruc-
nire possit. d. l. fideicommissa. ℌ. hec ver-
ba. vbi verbum peruenire inducit fidei-
cōmissum. ꝛ verbum potest de quo in. d.
ℌ. hec verba trahitur ad necessitatez. ꝛ in
l. iij. ℌ. si quis acceptauerit de statu. lib.
Bar. in. l. j. de iniul. rup. Idem si testatoꝛ
dicat lego tibi talem fundū ꝛ volo q̄ iste
fundus reseruetur filijs tuis vel filijs ta-
lis aut tali. Bar. per tex. ibi in. l. filiam
de auro ꝛ arg. leg. vbi notat q̄ verbum re
seruetur importat fideicommissum. Idez
si dixit testatoꝛ vxoꝛem meam instituo ꝛ
non dubito illam esse reddituram ista bo
na filijs nostris. l. vnum ex familia. ℌ. fi. de
lega. ij. idem si testatoꝛ vtitur verbo cre-
do per quod inducitur fideicommissum
l. xxviij. titu. ix. parti. vj. ꝛ valet responsio
per verbum credo in his que sunt iuris. ꝛ
est perinde ac si precisse affirmaret. Ang.
Imo. Aret. ꝛ Jas. per tex. ibi in. l. plane. ℌ.
si eadem de lega. j. ꝛ ideo si causa sit com
missa consilio sapientis ꝛ consultoꝛ dice
ret ita credo esse de iure. est perinde ac si
precisse diceret ita dico et consulo iuris
esse. Facit quod dicūt Bal. Ang. ꝛ Imo.
in. l. si quis filio exheredato. ℌ. irritum. de
inius. rup. vbi notant illum tex. in verbo
et credo pro consultoꝛibus qui consulūt
per verbum credo. nam perinde est ac si
dicerent ita affirmo. refert et seqtur. Jas.
in.d.ℌ. si eadem in. iij. col. Facit etiam. q̄
si consultoꝛ in consilio diceret ita mihi vi
detur ō iure. perinde est ac si precisse hoc
affirmaret. ita notat Ang. in. l. si pupilli. ℌ.
sed si ego p illū tex. in verbo et mihi vide
tur. ff. ō nego. ges. Facit. l. q̄d tñ. ℌ. si arbi-
ter. ff. de arbi. imo fortius sentētia iudicis
lata q̄ verbū credo valet et tenet lz etiam
non dicat pro certo. glo. est in. l. diē pfer
re. ℌ. si plures. co. titu. quam dicit ad hoc
ordinariam et menti tenendaz Bal. in. l.
cū q̄s in. v. col. versi. dicit aliq̄s. C. de inr.
et fac. igno. vbi etiā allegat. d. l. q̄d tñ i. d.
ℌ. si arbiter. qō est not. fm eundē in. d. x̄ si.
dicit aliq̄s. Ang. et Imo. hoc etiā tenent.
in. d. ℌ. irritū. p illū tex. quos refert et seq-

tur. Jas. in. d. §. si eadem in. d. iij. col. Idē si testator dixerit scio oia bona ista que tibi relinquo pertinere ad filios meos aut ad tales. l. pamphilo in prin. de lega. iij. Hec obstat. l. iulianus. §. ex his. eo. titu. quia ibi fuerunt verba enunciatiua emissa propter aliud. in. d. l. pāphilo. in prin. propter se. vel ibi verba enūciatiua fuerunt directa ad honoratum in. d. l. pāphilo in prin. ad grauatū. sic istas duas solu. ponit Bar. in. d. l. pāphilo in pn. de verb is enunciatiuis loquutus fuit Bar. in. l. ex hac scriptura. ff. de dona. Idē est p verba precaria. l. filium quem habentem. C. fami. hercis. † Et in materia nostre. l. gra
29 namina ō quibus hic possunt remitti per testatorem vel meliorantem z remanebit meliozatio pura per tex. z ibi Bar. in. l. j. C. de pac. idem per tex. in. l. qui rome. §. flauius de verbo. obliga. vbi inquit Bar.
30 † q si quidā donauit alicui fundū vt post certum tempus esset alienius ecclesie. donatorem posse sola eius volūtate hoc remittere pactum. l. iij. cū ibi nota. ff. de seruis ex poz. Cōtra istā decisionē Bar. tenet Pau. de Cas. in. d. §. flauius z in. l. in insulam. §. fi. ff. soly. ma. z in. l. si pecuniā in prin. z ibi latius Ludo. ro. ff. de condi. cā data. z idē Pan. in. l. si cū venderet. ff. de pig. ac. referens tenuisse cōtra. d. decisionem Fran. de albergotis de aretio notabilem aduocatū florentinū in. d. l. iij. de ser. expoz. z Joa. An. in addi. Specu. in titu. de instru. edic. §. nunc vero aliqua in addi. incip. per superiora. qui nō cōtradicit Bar. sed loquitur in diuersis terminis vt referūt Alex. z Jas. in. d. §. flauius. cōtra Bar. etiam videtur tenere Saly. licet non bene se firmet in. l. j. C. si mancip. ita sue. alie. vt ma. z in. l. quoticns. C. de dona. que sub mo. cū qua decisione Bar. tenent. Joan. de Imo. Raph. Cu. Pet. de Bern. Alex. Aret. moderni senenses et Jas. in. d. §. flauius. z sic ista est cōis z vera decisio ꝫ Jas. ibi in. vj. col. ad fi. qui in vij. col. inquit teneamus. d. decisionem Bar. que est vera z communis. z subdit limitandā tribus notabilib⁹ modis q̄s p vos videatis. z pretermisi per oblitionem dicere in passu predicte decisionis Bar. q̄ Alex. i. d. §. flauiꝰ reprobat Pau. de Cas. z Ludo. ro. tenentes cōtra Bar. in locis prealleg. z cum Bar. videtur trā sire Bal. in consi. cccc. incip. quedā mulier. in. iij. volu. vbi consulnit † q̄ dona- 31
tio facta inter vinos irreuocabiliter oim bonorum presentium z futurorum retento vsufructu cum pacto q̄ post mortē donatoris donatarius daret dimidiā bonorum vel estimationem pauperib⁹ z puellis maritādis. q̄ respectu dimidie dande pauperibus z puellis maritandis poterit renocari. allegat inter alia Bart. in. d. §. flauius. z videte Rode. Sua. in repe. l. quoniam in prioribus. folio. xcvj. versi. octauo queritur. C. de inoffi. test. z in libro quē direxit Cardi. liburgē. fo. clxxvj. col. j. z folio. clxxix. col. ij. † Quero vtrū 32
annullato onere annulletur meliozatio. remitto ad dicta per Bar. in. l. codicillis. in prin. de lega. ij. Ly. z doc. in. l. vna. §. pro secundo. de cadu. toll. † Et an si filiꝰ 33
potest consentire grauamini apposito in legitima taliter q̄ post mortem restituat filio suo p̄mogenito z ille etiam suo z in perpetuum vt hic dictam vinculari legitimam. in quo pro parte quam tenere volo sub breuibus dico. qui enim poterat ex fideicōmisso trebellianicam retinere z nō retinuit. magis dicitur fideliter facere q̄ in fraudem creditorū alienare. l. debitorem. l. patrem que in frau. cred. sic in proposito valebit dictū grauamen nec dicet hoc fieri in filiozum fraudem. Idē erit cōsentiente filio post mortē patris: quia q̄nis onus fideicōmissi non teneat adiectū legato rei aliene sicut nec legatum. tamē reconualescit z debetur fideicōmissum p consensum domini rei legate consentientis oneri adiecto prestitum post mortem testatoris. argu. l. cum quis decedens in prin. z ibi Bar. de lega. iij. facit in gene- 34
debet constare p legitimas probationes sicut in ciuilibus quando contra absentē ad diffinitiuam procedit̄. vt in auc. qui semel. ibi perquisita veritate, quomodo & quando iudex. l. properandum. §. & si quidem. C. de iudi. & ꝓbat. l. xij. titu. xiij. parti. iij, aut ad minus q̄ per dictam informationē reus absens deberet torqueri vt in d. l. xv. titu. vj. lib. iij. ordi. & i. d. folio. vj. in versi. & si por el dicho processo. quaterni supra alleg. Supposito q̄ nō om̄e indiciū est sufficiens ad torturā vt declarat Bart. in. l. fi. ff. de q̄stio. + quero an indiciū surgens ex fuga sit in criminalibus sufficiēs ad torquendū. passus iste quotidian⁹ est et non clare expeditus per doc. secundū Jas. in. l. admonendi. in repe. col. lx. ff. de iur. iur. tamen Bar. in. d. l. fi. in. vj. col. circa medium. ff. de questio. visus est clare velle q̄ sic. et Bal. in. l. cū probatio. in lec. antiqua. ff. de proba. idem tenuerat Oldra. Lau. vt refert Joan. an. in addi. speculo. in titu. de presump. §. vj. versi. violēta. in addi. magna que incipit hic est instandū. in. ij. col. dicens q̄ propter suspitionem ex fuga possit torqueri subiici per. l. iij. §. de his aūt. ff. ad sil. subijcit tū Joā an. q̄ istud nō placet Jaco. de bel. in. §. si vero semel. alias si vero etiā quidā. in auc. de exhi. et introdu. reis. colla. v. per. l. j. in pan. ff. de q̄stio. & l. milites. C. eo. vbi ad torquēdū aliquē req̄runt indicia vel argumēta. ergo solū indiciū fuge nō sufficeret ad torturam. item quia fuga non respicit principaliter delictū sed ꝓsone tuitionem. finaliter inquit iō Joā an. vbi. §. q̄ quicquid de iure sit. tū q̄ de consuetudine seruat̄ q̄ propter vnum indiciū quis torqueatur. & ita videtur residere cuz opi. Oldra. Bar. et Bal. in locis p̄allegatis q̄ sola fuga faciat indicium sufficiens ad torturam. & ista videtur cōis sententia secūdū Jas. i. d. lx. col. ad fi. quā intelligite q̄n quis anfugit anteq̄ accuset de delicto. sed si anfugeret postq̄ est accusatus de delicto vel staret cautus in domo & nō exiret. tūc fuga nullū indiciū facit. nā primo casu q̄n anfugit anteq̄ sit accusatus, videt q̄ cōscientia delicti eū inducit ad fugiendū. secūdo casu postq̄ est accusat⁹, videt q̄ timor accusationis & vexationis illum inducat ad fugiendum. ita Bar. ꝓnceps legistarū in. l. j. ꝓ tex. ibi in. argu. ff. de bo. eo. q̄ ante sentē. non. sibi cō sci. sequitur Ang. in. d. l. admonēdi. in pen. col. & in. l. fi. C. de q̄stio. Ang. Arer. in suo ope maleficio q̄. in v̄bo. fama publica. in v̄si. aū fuga faciat indiciū. & Ludo. ro. in. d. l. admonēdi. vbi hoc vltimū intelligit nisi alia indicia & suspitiones laborarēt contra cū qui anfugisset. argu. l. vnice. C. q̄ nu. tute. idē ait i. d. l. lege cornelia. ad fil. Mathesi. in cōsi. cxlvj. et Jas. in. d. l. admonēdi. in. dicta repe. col. lxj. & ibi & in col. lxij. illū de materia fuge videatis. Ad memoriam vestrā veniat. + q̄ reus inculpatus habēs indiciū innocētie pro se, tollit alia indicia quibus alias torqueri posset. sic Jaso. notat ex dicto Baldi ibi in. l. j. in. fi. communia de lega. ad q̄ facit. † q̄ ꝓbatio bone vite & fame facit ne malefactor ex indicijs possit torqueri. Bar. in. l. j. §. pen. p illū tex. ff. de re milit. sequit̄. Bal. in. l. fi. in vlti. col. C. de proba. in. l. j. C. loca. & in. l. ea quidē. circa antepen. col. C. de accusa. Ang. in. d. l. milites. C. de questio. plene Jaco. de bel. in. l. omnimodo. C. de inoffi. tes. Alex. in ꝓsi. xxiij. incip. pōderatis narratis in themate. in. iij. volu. & Jas. in. d. l. j. in vlti. verbis. cōia de lega. hinc esset. † q̄ licet dīs mortifere vulnerat⁹ non pōt expurgare neq̄ absoluere occisores quia illi delinquūt in faciēdo. sed bene seruos qui deliq̄runt negligendo. glo. est & ibi plenius Bar. in. l. y. ff. ad sil. que non est alibi secūdum Bal. in rub. de treuga & pace. alla tamen expurgatio facit q̄ ille contra quem sunt indicia non potest ad torturam poni quoniam habet indiciū innocētie ꝓ se. ita Bal. putat in. d. l. j. in fi. col. v̄si. ult̄ si testator. cōis de lega. alleg. l. paulus. §. j. ff. de bo. liber. sequitur Alex. in cōsi. xxiij. incip. ad aduersis his que tā pertestes. in. iij. col. v̄si. fortifico ex decisione Bal. in. ij. vol. quod est perpetuo mēti tenendum quia vtile est ad euadendum aliquē a tortura. secūm Jas. in. d. l. j. in vlti. col. refert Dida. de segu. & simpliciter sequitur Bal. in volu. marū repe. folio. cvij. col. ij. vbi etiā allegat Alexā. in. d. cōsi. xxiij. + econtra autem assertio seu inculpatio vulnerati etiam in extremis constituti et asserentis q̄ fuit a Tutio letaliter vulneratus nedum non probat contra inculpatum. vt est tex. singu. in. l. si quis in

18 19 20 21 22

graui. §. j. ff. ad sil. imo nec facit indicium ad torturam contra eum. ita tenuit glo. in l. mater. super verbo cauit. C. de calumnia. & ibi expresse Ang. per illam glo. quez refert & sequitur Alex. in. d. cōsi. xiij. & Jas. in. d. l. j. in. d. vlti. col. licet contrarium teneat ipe Ang. in. d. §. j. dicte. l. si qs in gra 23
ui. † An autem quis possit torqueri die feriato. Dlex. in. l. diuus. ff. de feriis. refert decisionem ꝓ Jan. de lia. in. c. grauis. ad fi. de depo. quam videatis. & Baldum in. l. nemo. in. v. not. per illum tex. de epis co. audi. vbi notat q̄ etiam in diebus paschalibus potest adhiberi tortura ad inuestigationem enormium criminum seu criminosorum. & specialiter in delictis q̄ committuntur clam. sicut est incantationem. facere committere adulterium. formare falsam monetam. & similia. nam in talibus facilior & promptior debet esse iudex ad torquendum. quod tenealis mēti secundum eundem Bal. ibi. & sic ponderate Bal. velle q̄ ꝓ aliis criminibus non potest tortura inferri die feriato. ita Jas. in. d. l. diuus. in vlti. verbis. videatis q̄ Jas. in. l. j. §. sed excipiuntur. ff. eo. titu. de feriis. vbi per illum tex. notat aliqua q̄ possunt fieri feriato tempore. Et in tantū debet constare de crimine per probationes legitimas vt supra dixi ad quod allegaui Bar. in. d. l. absentem in. d. iij. col. ff. 24
de penis. † q̄ iudex querere debet ex officio suo deffensiones absentis accusati. l. si non deffendatur. ff. eo. l. j. in fi. ff. de questio. Bar. in. l. dies cautioni. §. hoc autem iudicium. in fi. tertie col. de dam. infec. et in. d. folio. vj. in prin. ibi informando se ipsi mesmo el iuez de su officio por quantas partes pudiere de la innocencia del tal delinquente. quoniam si hoc locū habet in ciuilibus ꝓut retuli tenere Bart. in. d. l. absentem. in. d. iij. col. & allegaui. d. auc. quis semel. l. properandum. §. j. & l. xij. titu. xiij. parti. iij. multo fortius in criminalibus vbi maius est periculum. nam vita hominis preferenda est cunctis. vt in. l. sancimus. in. j. de sacro san. eccle. Si cū viderit iudex hominem viuum quem ab absente occisum dicunt. non condemnabit cum non solum ex ficta confessione. sed etiam ex vera. l. inde neratius. in fi. cū 25
l. sequen. ff. ad. l. aquil. † Et si aliquis in iu

dicio confiteatur se occidisse hominem nisi constet de corpore occisi non potest condemnari ad mortem. Baldus. c. at si clerici in. iij. col. de iudi. Ang. in. l. vnica. in. ij. col. C. de confe. & in. l. certum. in pn. ff. eo. & Jas. in. l. error. in. ij. col. C. de iur. & fac. igno. † Et si quis confessus est se oc 26
cidisse talem hominem. ideo potestas fecit illum decapitari. postea reperitur q̄ alius fuit malefactor. iste debet mori nec liberatur propter penam primi. tex. est in l. qui seruum. in prin. de interroga. actio. quem ad hoc notat Bal. in. l. ij. ad fi. C. quibus res iudi. nō no. Jmol. in. l. is qui reus. in. xxxj. col. ff. de publi. iudicijs. et est singularis secundum Jas. in. d. l. error. in. d. iij. col. Facit quod decidit Bar. in. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pigno. ac. † Sola citatio sine plena probatione delicti non sufficit ad condemnatio 27
nem absentis Bar. in. l. inter accusatorem ff. de publi. iudi. tamen hodie de iure huius regni sufficeret q̄ precedat informatio talis per quam reus absens deberet torqueri. dixi. ad quod allegaui. d. l. xv. tit. ij. lib. iij. ordi. & i. d. folio. vj. v̄si. e si por el dicho ꝓcesso. quaterni supra alle. Bō omitto. † q̄ contra absentem qui habetur 28
pro confesso non potest procedi ad condemnationem quādo iudici ligueret aliquid per quod apparet illud nō esse maleficium. secus si ci apparet aliquid per quod poterat ille se ueri. maleficium tamen remanet commissum. concluso est Bar. in. d. l. absentem. in prin. in vltimis verbis. ff. de penis. † Presumptio violē 29
ta que in ciuilibus habet vim plene probationis. in criminalibus non sufficit ad condemnandum quez corporaliter. sic tenent Inno. Hostien. & alij. in. c. quia veri simile de presump. Ant. & Abb. in. c. asserte. eo titu. Bal. in. l. vltima ad fi. C. de proba. Ludo. Ro. in. l. j. §. si quis in villa. ff. ad sil. Mathesi. vbi limitat in not. alias singulari. cxix. Alex. in consi. xv. incip. viso processu inquisitionis formate per potestatem parme. in. v. col. in. j. volu. & in cōsi. cxv. quod incipit in causa inquisitionis formate contra dominam Helenam circa fi. in. iij. volu. Adinotatur enim pena & non infligitur mors ex presumpta probatione. Bal. in. d. l. vlti. ad fi. C. de pro-

ba. Jnno. in. d. c. quia verisimile. refert ꝛ sequitur Abb. in. c. auditis. in fi. col. de ꝓscrip. ꝛ est glo. finalis. in. c. inter sollicitudines. de purga. cano. quam ad hoc inquit valde notabilem Jas. in. l. si quis mihi bona. ℌ. sed quid si mandauit. ff. de acqui. here. ꝛ in. l. j. in. v. col. de seruis fugi.

30 † Et q̄uis condemnato in absentem secundum ius sit facta. nō autem stat im cū capitur puniri debet. ꝛ non habetur ꝓ cōfesso. Dy. ꝛ Bar. per tex. ibi in. l. diuus adrianus. ff. de custo. reo. idē notat Bal. per glo. ibi in. l. vnica. ℌ. hoc iudicium. si quis ius dicē. nō obtē. vbi tenet q̄ absens citatus ratione contumacie nō potest haberi ꝓ confesso: quia alias perderet totam causam ꝛ rationē vnius contumacie non debet puniri in dispendio totius cause vt dicit dicta glo. ꝛ sic etiaz tenet Bar. in. l. certum. in prin. ff. de confe. in. l. ij. ℌ. quod si actor. C. de iura. calu. ꝛ in. l. j. ℌ. ex hoc rescripto. per illum tex. de ventre in spi. cano. in. c. ij. de conse. lib. vj. ꝛ Jas. in d. ℌ. hoc iudicium. in antepen. col. versi. tertio habes. quod procedit nisi in lege municipali caueat. ita Bar. post Dy. in d. l. diuus. vbi subdit sed q̄ debet queri ō crimine quasi de re integra. licet cōtra cū multum faciat fuga. quod nunq̄ alibi inuenetus secundum Dy. ꝛ Bart. ibi. vbi Bar. ait q̄ hec verba sunt vera iuxta iura communia. sed secundum statuta ciuitatum Jtalie secundum que exbanniti habentur ꝓ confessis ꝛ sentētia in eos fertur tanq̄ in confessos. tunc cum sint capti post condemnationem non est opus nouo processu. sed sola execution̄e. ꝛ procedit dicēs q̄ hoc pluries practicauit q̄ exbannito producto coram te facias reperiri bannum ꝛ facias confiteri q̄ est ille talis qui reperitur exbannitus ꝛ condemnatus ꝓ tali crimine ꝛ tali tempore. postea facias execution̄em quando volueris. Et exbannitus si hoc confiteri nolit. habeat iudex probationem q̄ hic est homo ille qui istius inculpabatur maleficij. vel qui illud fecit. aut habeat verisimilia de eo. ita q̄ verisimile sit iudicem qui iudicauit de illo sensisse. Bar. in. l. inter stipulantem. ℌ. si stichus. in fi. de verbo. obli. ꝛ in. l. demonstratio falsa. in ꝑn. in. v. col. de cōdi. ꝛ demōst. ꝛ sic necesse est q̄ q̄ confessionem rei vel probationē cognoscat aut verisimilia q̄ hic est ille homo vt. ℌ. ne in execumōe error circa personā interueniat. † Vnqd de iure cōi cessantibus statutis licitū sit impune occidere vel offendere bannitum. Bar. in. l. vt vim. in. j. col. ō iusti. ꝛ iure. cōcludit q̄ nō nisi sit trās fuga q̄ reuelat secreta hostib⁹ l. ij. ℌ. transfugas. ff. de sicca. quem ceteri sequūtur in d. l. vt vim vbi subdit Bar. q̄ licet de iure cōi nō sit licitū offendere bānitum in pso na. tñ pōt dari dānum in rebus. glo. est. in c. j. ℌ. si quis aliū in ꝛbo depredari. in tit. de milite vassal. q̄ cōtumax est. ō cui⁹ glo se veritate videatis q̄ allegat Jas. in. d. l. vt vim. in. iij. col. † An valeat statutū q̄ bannitus possit impune occidi. Bar. in. l. oēs populi. in. iij. q. ꝑn. in scō quesito. in ꝛ ſſ. ex ista theorica apparet solutio plurū. q. de iusti. ꝛ iure. cōcludit q̄ sic. ꝛ ad hoc addite Bar. in. l. ij. per illū tex. vbi Bal. et alij. C. qſi lice. sine iudi. se vin. ꝛ in. l. amissione. ℌ. j. ff. ō capi. dimi. Albe. in vlti. parte statutorū. in. x vij. q. Bal. in. l. gracchus per tex. ibi. C. de adul. in. l. prima. in. vij. col. de sū. tri. in. l. vnica. in. viij. col. C. de cōse. in. l. fi. C. si contra ius. ꝛ in. l. decuriones. C. de insa. Ang. in. l. j. ff. de cōsti. ꝑn. Ant. in. c. si vero. de sentē. excōi. Panor. in. c. fi. de cōsue. Pet. de Ancha. in cōmēto. c. canonū statuta. in. iij. principali q̄ſto. de consti. Alex. in cōsi. cxliij. incip. pōderatis his q̄ in themate narrant i. j. vol. ꝛ in consi. lxv. quod incipit attenta dispositione statuti. in. j. col. in. iij. vol. Melius in tractatu bānitorum. in. j. q. ij. partis ꝛ dicit Bal. in. d. l. j. in. vj. col. ℣si. ex his apparet de sūma trini. q̄ valet statutū disponens bannitū ex graui crimine posse occidi. allegat. l. raptores. de epis. ꝛ cleri. Jstam conclusionem intelligite veram ō iure ciuili ꝛ in foro seculari. de iure autem canonico tale statutū nō valet vt notant Hosti. ꝛ alij in. c. fi. de cōsue. refert ꝛ sequitur Bal. in. l. j. in. ij. col. ad fi. C. si a nō cōpe. iudi. ꝛ ibi late p cū. an tale statutū cōprehēdat clericū bannitū. Sed ō intelligite q̄ tale statutū fieret cū legitima causa ad occidendum. secus si ex causa min⁹ legitima. q̄a nihil valeret etiā in foro seculari. puta si fieret statutū q̄ bānitus p pecuniario debito possit occidi. Bal. in. d. l.

j. in. d. vj. col. versi. ex his apparet. de sū. trini. allegat notata in. l. j. C. qui bo. cede. po. ꝛ ita Jas. in. d. l. omnes populi. in. ij. lec. in. ix. col. ad fi. ꝛ ibi allegat concor. et glosam de iure canonico. Ad quod facit quod decidit Alex. in. l. si mora. in. v.

33 col. ad fi. post Bal. ibi. ff. solu. ma. † q̄ statutum disponens q̄ bannitus ꝓ maleficio possit impune occidi. non verificetur in bannito per contumaciam. quia magis communiter tenetur secundum eūdem Alex. ibi. q̄ bannitus propter contumaciam non intelligitur bannitus ex maleficio. nam contumacia non reperitur inter tractatus de publi. ꝛ priua. crimi. sed inter tractatus ciuiles. s. in tit. si quis ius dicen. non obtē. facit. l. aut facta. in prin. ff. de pen. large ꝛ impropie sumitur contumacia ꝓ maleficio. facit. l. vbi autem. ℌ. qui id quod. de verbo. obli. que decisio est verbum perpetuo notandum

34 secūdum Jas. in. d. l. omnes populi. in dictus lectura ꝛ coluna. ad fi. † Et bannitus qui potest offendi. potest non solum in pona sed etiam in bonis. dixi ꝛ allegant Bar. in. d. l. vt vim. in. j. col. de iusti. ꝛ in. ꝛ videatis Jas. in. l. j. in vlti. col. C. de here. instit. poteritq̄ impune verberari ꝛ cōtumelijs affici vt Bar. notat per tex. ibi in l. nec in ea. versi. sed qui occidere. ff. de adul. quod est menti tenendum secundū eundem ibi. Jdem tenent Ang. Jmol. et alij moder. cum cōcor. traditis per Alex. ibi in. l. in suis. de libe. ꝛ posthu. vbi est tex. in fi. q̄ illos quos licet occidere. multo magis exheredare. ꝛ sic ex illo tex. ibi notant doc. ex quo corrolarie notatur q̄ cui permittitur quod est plus. videtur permissum quod est minus. Ad idem facit ꝛ probat. l. non debet. de regu. iur. l. cui pacto. de ser. expor. cuius textus est valde notandus secundus Jas. in. d. l. in suis in. iij. col ad fi. ꝛ l. in actionibus. versi. licuit enim. ꝛ ibi Ludo. Ro. ꝛ Alex. ad

35 hoc notant. ff. de in litem iur. † Ponamus q̄ statutum disponit quod bannitus possit impune occidi. modo quidam bānitus dicit se non esse iure bannitum vel de iure debere eximi de banno. si medio tempore occidatur: an occidens teneatur de homicidio vel non. ista. q. est valde notabilis secundum Alexan. ꝛ Jas. in. l. possideri. ℌ. si seruus. ff. de acqui. poss. cuius textum ibi inducit Dy. ad dictaz q. in qua distinguit. quod aut per viam appellationis interposite a sententia bāni petit se eximi a banno tanq̄ iniuste sit lata sententia. et tunc lite pendente non potest impune offendi. l. j. post princi. in ver. nulla. ff. nil noui appel. pen. quia talis appellans iniuriaretur si posset offendi. quod esse non debet. nam appellatio rescindit seu suspendit pronunciatū. l. j. in fi. ff. ad turpil. l. furti. ℌ. j. ff. de insa. ꝛ. l. si causa cognita. C. de transa. ꝛ interim pendente appellatione nulla iniuria appellanti inferri debet. per d. l. j. iuxta prin: nil noui appel. pen. vel aliter q̄ per viā appellationis petit a banno se eximi. vt quia petit declarari bannum nullum. tunc dicit Dy. in. d. ℌ. si seruus. per illum tex. quod potest impune offendi. cum Dy. transit ibi simpliciter Ray. tamen Bart. putat quod hoc secundo casu. s. quando dicitur bannum nullum non per viam appellationis Dy. non bene dicere. imo q̄ etiam si non pendeat appellatio a sententia banni, sed bānitus per viam nullitatis aut iniquitatis banni petit se a bāno eximi. q̄ interim occidi non possit. cum ista opi. Bar. transeunt Ang. Jmol. Rapha. Lu. ꝛ Alex. cū quadam distinctione quaz ipse Alex. ponit in. d. ℌ. si seruus. in pen. col. versi. puto concludendum esse. Bal. ꝛ Saly. tenent in. l. eum qui duas. C. de adul. etiam cum Bar. Aret. in. l. qui a latronibus. ℌ. fi. ff. ō testa. Alex. in cōsi. lxxvij. incipit visis dubitationibus elegāter formatis. in. ij. col. tertij volu. vbi ait q̄ omnes vbiq̄ sequūtur istam opi. Bar. que est communis ꝛ ab illa in practica recedendum non esset secundū Jas. in. d. ℌ. si seruus. in pen. col. licet postea ibi subdit q̄ tamen si velletis tenere opi. predictam Dy. contrariā possetis respondere ad iura allegata p. Bar. vt ibi per eum quez videatis. † Positoq̄ 36
q̄ statutum excuset occisorem banniti in foro contentioso. tamē peccat in foro cōsciētie p glo. in. c. inter hec. xxx. q. ij. quam ad hoc inquit notabilem Jas. in. l. vbi pactum. in prin. quinte col. C. de transa. sed illa nō obstāte Albe. de ro. iij. pte statutorū. q. xix. ait audiuisse a multis theologis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

q theologi tenent contrarium; z bene. ḡa talis occidens facit auctoritate statuti. vn de sicut iudex qui est minister legis occidendo malefactores non peccat. imo meretur, dicta causa. z. q. per totum. maxime in. c. interfectores ita occisor banniti. limitando vt per Albe. in. d. q. xix. refert z simpliciter sequitur Jas. in. d. v. col. in pn.

57 ✝Qualiter de iure cōmuni in criminalibus reus sit citandus, veritas est secundū Bar. in. d. l. inter accusatorem. ff. de publi. iudi. q sufficit citari ad domum vel alibi ita q verisimile sit ad eius notitiam pervenire. d. l. j. ff. de requi. re. sed p iura huius regni. l. l. iij. titu. iij. lib. ij. fozo. ll. l. vij. titu. de los asentamientos. parti. iij. l. ix. z x. titu. ij. lib. iij. ordi. z in. d. quaterno circa ordinem iudicialem. in l. que incipit. otrosi ordenamos z mandamos que si la psona contra quiē se ouiere de proceder criminalmēte. que. l. est in. v. folio. ponitur forma a qua nō est recedendū. l. cōstitutionibus ad muni. l. certa forma. cuz l. sequen. de iure fisci. lib. x. etiā in casu fauorabili. l. qui rome. §. flauius de verbo. obli. qm̄ forma dat esse rei z ꝓseruat eam in esse. l. iulianus. §. sed z si q̄s. ff. ad exhibēd. Hinc est q magis attendit forma legis vel statuti q̄ ipsius legis aut statuti ratio. Bal. in. l. j. de libe. z posthu. refert z seq̄tur Dida. de seg. in. d. volu. folio. xlv. col. iij. de quo dixi plenius in. l. j. sup verbo testamentos. isto volumine. Et sicut i ciuilib⁹ req̄ritur q in quolibet termino actor se ꝓsentet z rei contumaciā incuset vt reus sit cōtumax. ita codē modo est necesse in criminalib⁹ cū in eis ad instar iudicior̄ ciuiliū ꝓcedat. d. l. absentē. de penis. nō sic esset fm cōsuetudinē Italie vbi iudex recipit licentiā ab accusante z accusato pficiēdi ꝓcessum. z ita iudex sumit locū accusatoris vt dixit Bar. in. l. is q̄ reus ff. de publi. iudi. q̄a tūc nō est necesse q accusator se ꝓsentet cū ibi sit iudex q̄ eius ꝑsonam rep̄sentat. ita Bar. in. d. l. inter accusatorē. co. titu. Circa fm principale huius. l. qđ dixi in principio eius. habek per iura in. l. fi. tit. j. lib. iij. fozo. ll. l. j. z. iiij. tit. xvij. lib. iiij. codē fozo. z. l. iij. titu. xiij. lib. viij. ordi. z ꝓpterea excusak ab homicidio talē inimicū occidēs vt in. d. l. j. z. iiij. dū tñ sit ꝓsentētiā declarat⁹. vt in. d. l. iij. si hoc petak q pars̄ accusantes vt hic alias nō. l. xlvij. aucto fine cū ꝓncipio stili. z scē 38
dum est q litera p̄sentis. l. videl velle tria req̄ri ad hoc q sentētia inimici valeat. p̄mo requirit legitima ꝓbatio delicti. Confirmo. q etiā si. l. vel statutū disponat qđ sufficiat q̄libet ꝓbatio aut qualiscūq; ꝓbatio. intelligit dūmodo sit idonea vt legitima. ita Bal. notat p glo. ibi. in. l. j. C. de fide instru. Ad idē facit. q̄ Iz in. l. vel statuto reperiak verbū qualiscūq;. Cuius huius verbi significatio sit multū lata. argu. l. bal lista. ff. ad trebel. tū intelligit de habili. Bal. sic notat per glo. ibi in. l. ij. §. z filius qui satisda. cog. z notat etiam q si statuto cauetur q omnia lauda qualitercunq; lata mandentur execution. q̄ hoc est intelligendum dummodo subsistant de iure vt ibi. z argu. l. diuus. de mili. tes. Idem si statutum dicat q contra magnatem sufficiat qualiscunq; ꝓbatio. q debet esse talis ꝓbatio que de iure valeat. z q non sit remota per probationē cōtrariā. Bal. i. d. §. z filius. Ad idez facit tex. in. l. z si instrumenta. in verbo quibuscunq;. iuncta glo. ibi que addit. s. idoneis. C. de fide instru. z iure hab. fis. lib. x. quod est notabile propter statuta z alia multa secundum Barto. ibidem. tenetq; Jas. in. l. j. in. xvj. col. de offi. eius cui manda. est iuris. z Dida. de Segu. in. d. volu. folio. lxxxvj. col. iiij. ✝Quero hic. accusator semel probauit delictum per vnum testem. nunquid 39
iudex debeat sibi deferre iuramentum necessarium in supplementuz ꝓbationis. z ita condemnare reum accusatuz. in quo est communis conclusio glo. Bar. z doc. in. l. ait prętor. in. j. in pri. ff. de iure iur. q non. idem tenet glo. z Bar. in. l. maritꝰ ff. de questio. glo. in. c. cum sint partium iura. de regu. iur. lib. vj. Bar. in. l. admonendi. in. xj. col. ff. de iureiur. Panor. in c. fi. co. titu. Cuius solus Bal. aliter tenuerit z male in. l. qui accusare. circa quartum notabile. C. de eden. quam communem conclusionem Jas. confirmat tribꝰ medijs in. d. l. ait prętor. in pri. in penul. col. Sc̄do requiritur q̄ post cōdemnationem tres mēses transeant. Tertio q p accusatorē petatur. Circa fm est ratio differentie inter hunc passum z pragmaticam istius regni folio. ccxxxvj. in fine que sit

q si absens condemnatus venit intra annum a die condemnationis auditur super crimine. q ibi loquitur in executione sētētie corporalis a iudice in qua nō interuenit plena z legitia ꝓbatio hic quā do interuenit probatio plena z legitima z executio sententie fit per partem. Ex q̄ infertur q si hic sufficiunt tres mēses a die cōdemnationis. est principaliter quia requiritur plena z legitima probatio delicti. In dicta pragmatica in fi. req̄ritur annūs z non minus tempus a die sententie. nam in dicta sententia non requiritur plena z legitima probatio. Circa tertiū qđ etiaz hec. l. dicit. allegani quoq;. d. l. xlvij. in fi. vbi z hic disponitur q cōdemnatus non datur in inimicum nisi ad petitionez accusatoris. Assigno rationez talem qualem (vt dici solet) dubitandi huic dicto. q sicut iudex potest condemnare victū victori in expensis etiam si a parte non petatur quia emergunt in lite z ad eius officium pertinet. l. properandum. §. finaūt alterutre. C. de iudi. l. ediles. §. itē sciendū de edi. edic. z. l. non ignoret. de fruc. z litis expen. tamen si iudex condemnationem earum omittit nō ideo tenetur si nō erat petitum. l. iiij. §. hoc autem iudicium. z ibi Bar. de dā. infec. z in. d. §. sinautem alterutra. vbi aut. q propter hoc sitis cauti q ex parte actoris semper ponatis in libello petit euz condēnari ad predicta cū dānis z expensis factis z faciendis. z similiter ex parte rei. z in. d. §. hoc autē iudicium in. v. q. inquit. q glo. que est in. l. fi. C. quando ꝓuo. non est nece. tenens simpliciter iudicem qui omisit condemnationem expensarum teneri est intelligēda si fuit petitū. ita videbatur q iudex possit dare condemnatū in inimicuz etiā si per accusatorem non petatur. Respō. illud procedere. qm̄ expense emergunt post litē contestatam. ergo poterit iudex etiam si non petatur. ita Bar. post Dy. in d. §. hoc autem iudicium. in. d. v. q. z voluit in. d. §. sinautem alterutra. per tex. in d. §. item sciendū. tamen datio in inimicuz non sicut expensa emergit. sed per quandam aliam consequentiam z de iure speciali. quanto magis q si volumus adherere. l. j. in fi. titu. xiiij. lib. iij. fozo. ll. que dicit q iudex non faciat condemnationē expensarum nisi per partez petatur. q fortiori in casu isto vbi maius est periculum patet. Secunda ratio dubitandi sit. quia delicta impunita remanere non debent l. ita vulneratus. versi. cum nec q̄. ff. ad. l. aquil. l. si longius. §. j. ff. de iudi. l. iij. §. cū dominus. ff. de noxali. z. l. si operis cum alije. C. de penis. In tantum q. l. puniēs maleficia debet extendi sicut. l. fauorabilis. cum pertineat ad fauorem rei publice delicta puniri. doctrina est Bar. z decisio inexcusabilis. in. l. quemadmodum. circa medium. de agri. z censi. lib. xj. per quod ibi infert q pena statuti puniens facientem maleficium. punitur etiam fieri faciens. ad quod allegat. l. si quis id qđ. cum simi. ff. de iurisdi. omnium iudi. eandem doctrinam posuerat Dy. in. c. odia. de regu. iur. lib. vj. quam post illum tradunt quoq; Bar. z Ang. in. l. ij. §. exercitum. ff. de in fami. Bal. in. l. non sine. circa finem. de bonis que libe. Imol. z Alex. in. l. cum quidam. de libe. z posthu. Pau. de Cas. in. l. bona fides. ff. de posi. Ludo. ro. in consi. cv. quod incipit viso themate proposito z allegationibus. Jas. in. l. si is qui pro emptore. in. lxix. col. de vsuca. z in. d. l. cum quidam. in vlti. col. quod est not. pro limitatione ne iurium dicentiz quod in penalibus non fiat extensio. secunduz Alex. ibi in fi. z Jas. in. d. vlti. col. Et diuersis modis materia delinquendi euitanda est. sed sic est quod iudex debet interponere officium suum non petitum in puniendis crimjnibus. vt. l. congruit. cum concor. ff. de offi. ꝓcōs. ergo sequitur quod sine eo q per accusatorem petatur. debeat iudex aut saltem possit dare in inimicum absentem condemnatum. Respō. concedendo quod iudex debet interponere officium suum (vt dixi) quo ad inquisitionem processuz condemnationez z executionem. d. l. congruit. cum aliis in ribus communibus z huius regni. z per titu. j. lib. viij. ordi. sed dare accusatori absentem condemnatū in inimicum est ē iure speciali per aliquas. ll. predicti regni supra alle. z. l. xxvij. titu. iij. lib. ij. ordi. et fortasse alibi per statuta. in quibus omnibus non cauetur q iudex debeat dare absentem condemnatum in inimicum accusatori non petenti hoc. imo. d. l. xlvij. in

Universidad de Deusto
Biblioteca

si.dil ponit contarium vt hic. ꝯtomagis ꝙ licet istud vere in inimicum respiceret publicam vtilitatem esset secundarie. tamen principaliter priuatam illorum qui ius vendicandi habent. z principale inspici debet.argo.l.si in emptione.cuz alijs ff.de contrahē.emp.de quo dixi plenius in.l.xv.versi.ex quo infertur ꝙ principali persona.cum tribus col.sequē. z ita nō est interponendum officium iudicis non petitum.z argo.d.Ĥ.hoc autem iudicium dicte.l.iiij.de dāno infec.Ad quod etiaz facit.d.l.properandum.Ĥ.z si quidem.de iudi.vbi probatur ꝙ officium iudicis contra partem contumacem non debet exerceri nisi parte petente. Nec obstat si dicatur ꝙ ibi loquitur in ciuilibus.quia respon.per.d.l.absentem.ubi fm morem priuatorum iudiciorum.hoc est ciuilium iudiciorum.vt Bar.ibidem post Jaco. de Arc. Si enim iudex daret accusatori absentem condemnatum in inimicum aliter ꝯ hic statuitur.talis sentēcia quo ad hoc est nulla in se.ita ad litteram dicit presens l.quia contra.l.vt in. c.j. de senten. z rei iudi. z.l.ij.cum alijs. C. quando prono. non est nece.ad quod facit.l.non dubiū. C.de legi. z sententia lata contra.l. dicitur delafozada.l.v.versi.e si otras cartas algunas.titu.xij.lib.iij.ozdi.que sentēcia in alijs remanet firma.probatur hic z per consequens ꝙ vtile per inutile non vitiatur.quod probāt etiam iura.in.l.j.Ĥ.pen. vbi z Bar.de verbo.obli.l.inter stipulantem.Ĥ.si stipulanti e.in fi.l.que extrinsecus co.titu.l.sed et si decem.ff.de cōsti. pecu.
40 z.l.sancimus.in prin.C.ō dona.† Datus per sententiā in inimicum iuxta principiū huius.l.poterit occidi ab illis quibus datus fuisset in inimicum. z sic est intelligenda.l.iij. versi.fueras ende si fuesse su enemigo.cum simi.titu.xvj.par.ij.alias non. cum sententia esset in se nulla. vt hic in versi.e si de otra manera.z sententia nulla non tribuat ius.d.c.j.cū concoz.de sentē.z rei iudi.† Vnquid si extra formam
41 traditam per istam.l.daret iudex reū contumacem in inimicuz.qui occisus fuit ab eis quibus datus fuisset in inimicū .occisores puniri debeant de homicidio.z videtur ꝙ sic.ita Dy.z Albe.dero.per tex. ibi in argu.in.l.si se non obtulit.Ĥ.condēnatum.ff.de re iudi.quia statutum loquēs de bannito debet intelligi de rite z legitime bannito.tamen in contrarium est veritas secundum eos ibidem.quia sententia banni occidentem iusto errore constituit.vnde puniri non debet per tex. in.l. penul.ff.de adul.vbi parcitur delinquenti si iustum habuit errozem.nisi appareret cum sciuisse ꝙ non esset iuste bannitus vt ibi.Confirmatur . nam presumptio est ꝙ iudex illum solenniter z legitime bannierit.l.ij.C.de offi.ciui.iudi.quia presumitur pro sententia iudicis.l.hereditus. Ĥ.gaia.ff.de cuic.z. c.sicut in fi. de sentē. z re iudi.Ad textumꝙ dicti.Ĥ. condemnatum.potest responderi ꝙ intelligatur.l. ꝙ ille qui non est legitime bannitus . habetur pro non bannito ꝯtum ad se cum nō sit bānitus de iure.sed quātū ad alios z banni executionem bene habetur pro legitime bannito.ex quo cōmuniter credebatur ꝙ esset iuste bannitus . tamen in casu in quo occisoz banniti ignozauit nō esse legitime bannitum.licet nō debeat puniri tanꝯ de homicidio dolose facto. de culpa tamen arbitrio iudicis puniendus est.z sic extra ozdinem.quia fuit in culpa non inuestigando an bannum fuerit iustum z legitime latum.z ex ista culpa punietur vt.l.ij.Ĥ.ex hac actione.ff.vi bono. rap.z.l.lex cozneliа.ff. de sicca. maxime cum ignozantia seu errozi iuris sit lata culpa.vt.l.liberozum.Ĥ.notatur.z ibi glo.ff. de infami. Preterea si qui contrahit cum alio est in culpa nisi diligēter explozet cōditionē ꝓsone.l.qui cū alio . de regu. iur. multo magis est in culpa q̄ occidit alium ꝓpter eius cōditionē de qua cōditiōe nō erat certus.pro quo optime facit.l. qui in alterius.de regu.iur.vbi qui agit semp est in culpa.nisi de suo iure bene deliberet. etiam si ageret ex persona alteri⁹. ista est doctrina Bar.in.l.si ex lege.ff. de adul. Confirmatur.nam occidēs debuit curiose inquirere conditionem banniti z non ita cito currere ad actum cui naturaliter inest dolus.quia homicidium est prohibitum omni iure diuino z humano.vt habetur lenti . non occides. et homicida semper quod fecit expectet.l.iij.ō episco. audi.homicidiumꝙ nō potest fieri a priuato sine dolo. etiam si ex forma statuti

non punitur. quia aliud est iustificare. aliud non punire.vt notatur in.l.accusationis. C. de his que vi metusve cau. ita inquit Bald.in.l.j.in.ij.col.C.si a non cōpe.iudi.Confirmatur secundo.ꝙ si ex forma statuti bannitus possit impune occidi et aliquis erat in libro bannitoꝝ descriptus.tamen soluerat condemnationē z de solutione factum est instrumentum publicum. tamen nondum erat cancellatus de libro.postea fuit occisus. occidēs non tenebitur pena homicidij tanquam dolosus culpabilis.sed punietur arbitrio iudicis attenta facti qualitate. sic Joan. an.post antiquos notabiliter decidit in addi. specu. in titu. de accusa. Ĥ.j. super ver. quid si bannitus.et in titu. de obli.z solu.super rub.ad fi.Bal. etiam voluit in l.nostram. C. de testa. Confirmatur tertio.ꝙ si aliquis occidit bannitum qui erat cancellatus de banno.sed occidens ignorabat cancellationem banni. non potest puniri de homicidio. poterit tamen illi culpa imputari quare non fit seruatus cancellationem banni.Ang.Jmol.z alij in.l.filio quem pater. per illum tex. de libe.et posthu.et ibi refert Ang.ꝙ ita consuluerunt Jaco. de belui. et Jaco.but.in q.Balduci et Jacobi clarij de Flozentia. idemꝙ refert ipse Ang.in.l.si duo.et ibi moderni. ff. de acqui. here.et Ludo. ro.in.l.ij.in prin.ff.si certum peta.ad que facit.l.xiij.Ĥ.si.pero si el padre de la muger.z tē.titu.xvij.parti. vij. Et aduerte ꝙ quando nullitas banni esset patens tunc non excusaretur occidens talem bannitum. Bal.in.l.j. C.de penis.idem z Saly.in.l.cum qui duas.C.de adulte.Jasoꝯ in.d.l.si se non obtulit.in.d.Ĥ.condem
42 natū.in vlti.col.ad fi.ff.de re iudi.† Mō taceo hic.scis ꝙ si fiunt positiones.contumax in respondendo positionibus habetur pro confesso.vt in.c.ij.et ibi glo. de confe.lib.vj.z.l.j.versi. si la parte pregunta da.titu.iiij.lib.iij.ozdi.modo dicit Bal. in.c.j.ad fi.de litis cōtes. vidisse quendā magnum a duocatuz qui vsus est pulchra cautela.ꝙ cum clientulus suus deberet haberi pro confesso quia fuit contumax in respondendo positionibus.fecit committi causam cōsilio sapientis sub hac forma vt referret que essent partes iudicis in diffiniendo.et quoniam non erat pronunciatū ꝙ positiones haberentur pro confessas.nō potuit cōsulere ꝙ positiones haberentur pro cōfessate. z sic stetit actoz absq̄ probatione.z ita nihil nocuit nō respondisse positionibus. ideo fm eū ibi.dz esse cautus a duo cat⁹ alterius partis.ne sinat clientulum circūuenire in formatione puncti.qui transmittit dz cōsulēdus.z fiat pulchra z vtilis cautela secm Jas.in.l.cū stipulatus sim mihi.Ĥ.cū venderet.de verbo.obli. ratio decisionis istius cautele sit.qz dicta cōmissio(de qua in hac cautela)est restrictiua.z est differentia.an causa cōmittatur consulenda vt videatur quid iuris. z tūc talis cōmissio est ampla qz generalis z oia cōplectitur capitula.et isto casu nisi cōsultoz reddat cōsilium super omnibus tam principalibus ꝙ emergentibus z incidentibus non videtur consilium dedisse.l.quid tñ.ff.de arbi.ita tenet Bal.per tex.ibi in.c.j.in prin. in.ij.col.de consuet.inuesti.Confirmo primo per tex.in.d.Ĥ.cū venderet.ibi q̄d iuris.quem Ang.Jmol.z Jas.ibidē notent pro commissionibus q̄ tota die fiūt consultoribus sub istis verbis consulatur quid iuris.ꝙ consultoz per hec verba dz commissionez dandi consiliū super toto de quo pōt queri ex facto narrato. Cōfirmo secūdo.per tex.in.l.eius qui in ꝓuincia. in prin.in ver. consule bak quid de hic iuris esset.iunctis sequentibus verbis. ff. si certū peta.per quē tex.notant ibi Ang.z Jas.ꝙ cōsultoz cui cōmittitur causa cōsulenda per illa verba quid iuris.dz cōsulere nō solū circa merita cause. sz etiā circa ordinē iuris. z nō solū circa principales questiones sed etiā circa accessorias. Cōfirmo tertio.per tex.in.l.querebak.in prin. in ver.quid iuris.ff.de testa.mili. quē notat ibi Ang.ad cōmissiones q̄ fiunt tota die ꝓsultoribus per ista verba quid iuris sit visis actis. q̄ cōmissio est ita pregnās. ꝙ eius vigore pōt inuestigare ꝓsultoz oia antecedentia.sequentia z cōnexa fm eum dē ibi.quē refert.z simpliciter sequit Jas. in.d.Ĥ.cū venderet. Et qñ cōmittitur consultori vt videat q̄ sint partes iudicis de causa cognoscentis.sub ista cōmissione nis forma cōmittit. sicut qñ dz ꝙ videat quid iuris.sz Ang.et Jmol.in.l.ticio diuortij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

per tex.ibi.ff.solu.mat.que notate pro limitatione illo q̄ notant Bart.et doc.in l.lecta.ff.si certū peta.vbi Bart.in.iij.col. in vers.aliquis fuit captus.dicit q̄ cōsultor non potest consulere nisi super eo qđ est sibi cōmissum.q̄ dicta doctrina Bart. z alioq̄ fallat qñ causa cōmittitur consulenda per verba quid iuris.ita Jas.in.d. l.eius qui in puincia.in prin.in vlti.col. Aut cōmittatur vt consulatur qualiter iudex debeat ex actis diffinire causaz.z isto casu cōmissio est restrictiua.dixi.et firma
43 uerat Bal.i.d.c.j.ad fi.de litis cōtes.+Jn materia huius.l.sciendum est q̄ dato q̄ si creditor habens ingrediendi in fundū debitoris propria auctoritate.pōt alteri cedere istud ius extraiudiciale.Bar.p tex. ibi in.l.j.ff.si.de noui.ope.nū.et ista cōclusio Bar.est vera et cōiter approbata fm Jas.ibi.in.ij.col. pro qua facit glo.in.l. cum fundū.in verbo posica.et ibi Bar.ō
44 vi et vi arma.vbi dicta glo. vult+q̄ illud ius extraiudiciale.q̄ quis pōt incontinēti expellere inuasorē.pōt alteri cedi.quā glo.reputat singularem Bal.in.c.ſi.in.ij. col.de iura.calū.et per illā ait ipse Bal.
45 in.c.j.ff.de pace iur.firm.+q̄ si possum p̄pria auctoritate capere debitorem vel ingredi possessionē.q̄ illud ius possum alteri cedere.et ita tenent oēs fm Jas.in.d.ij.
46 col.+Dñ si ex forma statuti licitum esset vindicare se propria auctoritate.vel occidere hostem aut inimicum vt hic iunctis aliquibus.ll.huius regni supra allegatis. talis facultas non pōt alteri cedi seu demandari.ita procedit illa opinio Joan. relata per glo.precalleg.in.d.l.cum sundum,quam inquit ad hoc singularē Bal. in.c.ad nostram.de proba.in.c.dilectis. in vlti.col.de appel.in.c.de cetero.de rei iudi.in.c.ij.in.iij.col.de vita et honest.cleri.in.l.duobus.ff.a fideiussore.de iur. iur.in repe.l.j.in.xij.col.C.vnde vi.z in d.l.accusationis.C.de his que vi metusve causa.Joan.de ana.in.c.ij.ad fi.ō homici.et late Alex.in.l.si cum dotez.ff.trās grediamur.in.v.et.vj.col.post Pau.de cas.ibi.ff.solu.mat.et hec est conclusio indifferenter approbata per omnes secundū Jas.in.d.ff.fi.dicte.l.j.in.d.ij.col.de noui ope.nun.Fallit in duobus.Primo in patre qui pōt demandare filijs q̄ occidant adulterum.Bar.in.l.non solum.ff.si mandato.in.j.col.vers.circa primū.ff.de iniurijs.Bal.z Sali.in.l.grachus.vbi est tex.de hoc.C.de adulte. Secō fallit in hoc casu.s.q̄ ille cui competit ius vindicandi se propria auctoritate aut occidendi.potest secum adhibere socios aut cōplices ad istum actum.qui si simul cum eo occidant.non tenebuntur de occisone nec de auxilio prestito.ita Pau. de cas.in l.refectionis.per illum tex.ff.communia predio.refert et sequitur Bar.veronen. in tracta.serui.vbā.in.c.xxiij.in vlti.col. z ibi dicit se ita obtinuisse in ciuitate Verone et fuisse iudicatuz per curiam.quos duos dominos refert Jas.in.d.ff.fi.in.d. ij.col.et ibi miratur q̄ Bar.veronen.non viderit Bal.qui in terminis idem clare decidit in.d.c.ſi.in.ij.col.de iura calum. vbi pro hoc addit rationem.quia cum cōceditur q̄ aliquid impune faciat.videtur semper concessuz q̄ possit istud facere cōuocatis amicis et familiaribus suis.per.l. si stipulatus fuero per te nō fieri.de verbo.obli.in quo Bal.sibi contrarius in.l. vt vim.in.vj.q.de iusti.et iure.tenet q̄ socij offensi non possunt apponere manuz ad vindictam.quoniam permissio est personalis et statutum se restringit ad offensum.et sic non egreditur personam.bene verum est q̄ possunt cum associare z assistere maleficio.et non tenebuntur de associatione vel de fauore.cum sint accessorij ad actum permissū.arg.d.l.grach⁹. Bal.in.d.vj.q.et Jas.in.d.ff.i.d.ij.col. et ibi subdit q̄ forte ista opinio Bal.in.d. l.vt vim.est tutior.tamen q̄ in criminalibus teneamus semper mitiorem partem ad absoluendum(et per consequens predictam opi.Bald.in.d.c.ſi.in.d.ij.col.de iura.calū.Pau.de cas.post Jaco.but.in d.l.refectionis.per tex.ibi.et Bar.veronen.in.d.tracta.serui.vba.in.d.c.xxiij. in.d.vlti.col.)iuxta.l.de interpretatione. l.sanctio legum.cum simi.ff.de penis.vi
47 deatieq̄ Pau.de cas.in.l.raptores.ō epis co.et cleri.+Nō est hic oblitioni tradendum q̄ licet aliquis habeatur a.l.pro cōfesso et conuicto ac si esset confessus delictum.tñ hoc nō obstante admittitur probatio in contrariū de innocentia eius.notant Sali.Ang.Pau.de cas.Alex.z Jas.

per tex.ibi in.l.si is qui.C.qui testā face.
48 pos.sicut in fin.+qui est continuax in respondendo positionibus habetur pro cōfesso.c.si post prestitū.de confe.in.vj.z.d. l.j.vers.si la parte pregūtada.tit.iij.lib. iij.ordi.tamen non obstante ficta confessione potest probare contrariū si vult. ita expresse tenet Joan.an.in addi.specu. in tit.de posi.ℌ.nono.vers.verūtamen. Bal.in.l.ij.ℌ.qō si actor.C.de iura.calū. Ang.Pau.de cas.et Jas.in.d.l.si is qui. Et idem q̄ lz a.l.vel statuto quis habeat pro cōfesso et conuicto et debeat banniri.q̄ etiam post bannū possit probare cōtrarium.et de sua innocentia ostendere. tenet late Jmol.istud disputans in.l.ſi.ℌ. iussus.ff.de appel.Bal.in.l.ita demū. C. de procu.in.l.iubemus.ℌ.sane.in.ij.col. de sacro.san.eccle.et plenius per eundez in.l.error.ad fi.de iur.et fac.igno.Anto. in.c.vlti.ad fi.de confe.Alex.et Jas.in.d. l.si is qui.plene et notabiliter per Fran. de are.in consi.clxvij.incip.visa consultatione et statutis ad me transmissis.in to
49 to primo dubio principali.+Et non solū ipse bannitus est admittendus ad p̄bandū de innocentia sua. imo quicunq̄ etiā penitus extraneus admittēdus est ad excusandū et allegandū causas innocentie sue.qz lz regulariter in criminalib⁹ nō admittitur procurator.l.pen.ℌ.ad crimē ff.de publi.iudi.presertim apud Mediolanenses ex forma decreti ducalis fm qō reus primo dz se personaliter in carceribus ponere. Tamen aliam regulaz habemus.s.q̄ vbicunq̄ de iure cōi vel ex forma statuti potest cōtra absentem procedi.et absens condemnari pōt.tunc qualecūq̄ crimen sit admittitur excusator ad allegā dū causas innocentie illius absentis dūmodo nō cōpareat tanq̄ procurator absentis tales.et sine illius mandato cōpareat.ista regula probatur in.l.seruū quoq̄.ℌ.publice.fm intellectū Bar.quez ibi dat illi tertui.ff.de procu.idē et latius tenet ipse in.d.ℌ.ad crimen.in.iij.col.et in extranagenti ad repamendū.in ver.legitime.et Joan.an.tenuerat in addi.specu. in tit.de procu.super rub. Et q̄uis aliqui contradicant.tñ ista est vera et cōis sententia fm Jas.in.d.l.si is qui.in.ij.col. ad fi.C.qui tes.face.pos.quā etiam tenuit Fran.de are.in prealle.cōsi.clxvij.in.iij. col.que confirmatur nam etiam iudex ex mero officio non obstante q̄ quis sit habitus pro confesso.non obstante etiaz q̄ sit conclusum in causa.non soluz pōt.imo dz ex mero officio assumere probationes et informationes innocentie absentis.l.j. ℌ.si quis vltro.et ibi Bar.notat.ff.de questio.in.d.ℌ.ad crimen.in.d.ij.col.z in.d. l.dies cautioni.d.ℌ.hoc autem iudicium. vbi et moderni.de dā.infec.dixi de hoc supra istam.l.et inter alia allegaui.l.si nō defendantur.ff.de penis.z in folio.vj.ibi informando se assi mesmo el juez.quaterni ordinationum circa ordi.iudi.quanto magis debet iudex admittere qñ comparet tertius excusator pro tali absente.que bene notate quia ex illis poteritis euadere amicum qui aufugit.et non audet cōparere coram potestate fm Jas.in.d.l.si is qui.in.d.ij.col.ad fi.z sic fm eundē ibi. stat communis theorica legistarum z canō.q̄ cōtra fictam confessionē delicti inductam a.l.aut statuto admittuntur probationes in cōtrariū de innocentia.Solus Alex.in.d.l.si is qui.in.j.col.vers.et attende.reprehendit prefatos doctores dū loquuntur de ficta confessione.nam dicit q̄ improprie z male loquūtur.quia contra fictionem que dicitur esse qñ lex fingit super certo non admittitur probatio in contrariū.lz cñ contra presumptionē iuris probatio admittat.tñ contra fictionem non admittitur probatio in contrarium.glo.sunt approbate in.l.sine possidetis.C.ō proba.in.l.ſi.in prin.ff.quod metus cau.z in.c.is qui.de sponsa.debuerunt ergo loqui illi doctores de presumpta cōfessione q̄ presumptio cadit vbi est dubium.fictio aūt cadit vbi lex est certa tñ fingit contrariū.vt est glo.ordi.in.l.vnica.ℌ.accedit.ō rei vxo.ac. Circa istā reprehensionez Jaso.in.d.l.si is qui.in pn. tertie col.ait q̄ aduertamus.quia aut nō intelligit quid velit Alex.vel credit q̄ erret dū putat prefatos doctores debuisse loqui de presumpta cōfessione z nō de ficta.z q̄ ipse Jas.putat totū econtra.q̄ in isto proposito si doctores fuissent loquuti de confessione presumpta male dixissent. sed bene loquuti sunt de ficta confessione retinendo doctrinam dicte glo.appro

batam in.d.ff.accedit super verbo presumatur.q̄ dicit q̄ fictio dicatur qñ lex fingit super certo.in contrarium tamen veri.presumptio aūt est super dubio.vt in illa glo.Videturq̄ Jasoni.teste ipso.in.d.l.si is qui.in.d.iij.col.q̄ in istis terminis sit fictio et non presumptio.nam quando absens a.l.aut statuto reputatur pro confesso.non est dubium an sit confessus vel non.imo est certum q̄ non est confessus. tamen lex fingit q̄ censeatur confessus ꝛ habeatur pro confesso.et ista est fictio legis contraria veritati.Et non obstat fundamentum Alex.q̄ contra fictionem legis non admittitur probatio in contrariū ad quod allegauit ipse.d.glo.in.d.l.sine possidetis.et aliam (cum concor.)in.d.l. fi.in p̄n.ff.quod metus cau.quia licet est verissimum secundum Jas.in.d.iij.col.tamen ad illud respondent.Ant.in.d.c.fi. in vlt.col.de confe.Joan.de Imol.in d.l.fi.in.d.ff.iussius.ff.de appel.Fran.de are.in prealleg.consi.cxlvij.in.iij.col.et Jas.in.d.l.si is qui.in.d.iij.col.et dicunt q̄ quando lex vel statutum fingit aliquez esse confessum.et mediante dicta confessione eum censet commictum.bene verū est q̄ contra illam fictam confessionem non admittitur probatio in contrarium. naz si vellet probare q̄ non est confessus. fatetur Jas.vbi supra.q̄ non admitteretur talis probatio.quia verum est q̄ non fuit confessus.sed lex aut statutum ita fingit. tamen lex vel statutum non fingit q̄ delictum sit verum.et ideo quantum ad ipsuz delictum potest probari contrariuz.s.de innocentia.nisi lex aut statutum vltra procederet.disponendo q̄ iste contumax nō solum habeatur pro confesso.sed etiam delictum verum censeatur. Jas.in.d.l.si is qui.in.d.iij.col. Circa materiam presentis.l.videte bonum verbum in.l.pliij. in versi.postq̄ opus.ꝛc.supra.

¶Sequitur recapitulatio legis.lxxv.

1 Delictum heresis est grauius infidelitate.

2 ¶Donatio facta per delinquentem post delictum commissum an valeat.

3 ¶Hereticus si fuisset mercator.ꝛ post heresim vendidit rem ad fiscū pertinentem nihilominus fiscus tenetur ad precij restitutionem.

4 ¶Fiscus tenetur consorti qui non erat culpabilis soluere precium partis sue.si destruit domum communem propter delictum sui consortis.quod confirmo duobus medijs hic.

5 ¶Bonorum appellatione que contineantur.

6 ¶Uxor an habeat partem in rebus que ad ludum marius lucratur.de quo videatis in numero seq̄.

7 ¶Acquisita in ludo nunquid in foro cōscientie retineri possint.

8 ¶Uincens in ludo scienter seruo pecuniam que erat sui domini.filiosa.q̄ erat patris.vel institori que erat patroni cōmittit furtum.et tenetur furti.et ideo talem non lucratur pecuniam.

9 ¶Maritus si bona que turpiter acquisiuit vxori communicauit.si ex hac causa maritus condemnatur.soluenda erit de bonis communibus condemnatio.et q̄ plus est q̄ si vxor sciēter admisit dicta bona teneretur soluere etiam penam.

10 ¶Casus fortuitus non imputatur socio cui contingit sed de communi perditur.

11 ¶Retinere potest in foro conscientie victus iniuste per sententiam illud in quo est condemnatus.

12 ¶Sententia nulla non meretur execution̄em.

13 ¶Exceptio nullitatis habet impedire executionem sententie.

14 ¶Jura que volunt q̄ propter nullitatem sententie executio prius facta retractetur. procedunt.quando super nullitate esset lata sententia.que declaratoria nullitatis bene operatur vt fiat retractatio executionis prius facte.

15 ¶Delicto mariti an bona eius obligata pro dote confiscentur.de quo videatis in numero seq̄.et nu.xxvij.

16 ¶Debitor si commisit delictum.vtrū rei pignorate inuito creditore poterit fieri vastum.an prius debeat solui creditor.

17 ¶Jura omnia mundi que dicunt penaz imponi ipso iure intelliguntur.dummodo secuta sit sententia declaratoria.per quam illud esse per talem commissum declaretur.

18 ¶Litatur pars ad declaratoriam pene incurse.

19 ¶Declaratoria excommunicationis a iure late incurse est nulla.citatione partis non precedente.

20 ¶Ratio differentie inter censuram ꝛ declarationem.

21 ¶Appellari potest a declaratoria.de quo videatis hic.

22 ¶Uxor propria auctoritate potest capere res proprias suas.

23 ¶Socij si sunt duo aliquarum mercium venalium. vnus potest vendere non solum partem ad ipsum pertinentē.sed etiā pertinentem ad alium suum socium.

24 ¶Peculium filij etiam profectituū nō est publicatum bonis patris publicatis.

25 ¶Pater si concessit filio peculium profectitium.etiam si habuisset filius a patre expressam potestatem donandi ꝛ dissipādi.publicatis bonis filij non publicatur peculium profectitium.

26 ¶Proditoris filius in crimine lese magestatis non solū non succedit patri proditori.verum etiam auo vel alijs ascendētibus ex linea paterna et materna.neque etiam extraneis.tū filij hereticorum posito q̄ patri heretico nō succedant.ex eo quia bona eius patris confiscantur. nihilominus possunt succedere alijs.s.auo catholico matri catholice et alijs quibus cunq̄ catholicis personis.

27 ¶Uxor que habet omnia bona mariti obligata pro dote potest defendere q̄ nō fiat vastum in rebus mariti delinquētis. de quo videatis hic.

28 ¶Bonis confiscatis si comparet vxor vt alter creditor cum instrumento q̄ non debet compelli ad dandum libellum. ꝛ procedendum ordinarie coram iudice fiscali.imo summarie debet eis solui per officiales camere.viso de iuribus eorum sine alio iudicio ꝛ sine sentētia diffinitiua.

ẽdi.et ibi dicit de potestate Bononien. cui mandato antianorum fuit traditus quidam nobilis et magnus miles. quem dum curialiter tractaret eo q; esset magnus nobilis et note fidei.aufugit ille nobilis et miles.z liberatus fuit potestas.licet in quit ipse Ang. ibi q; vidit illum potestatẽ in magno periculo cõstitutũ.refert et sequitur Jaſ. in.d.nu.clxxiij. et in.l.si pecuniam.ſ.sed si acceperit. ff. de condi. causa.da.+Credere cũ nobili nõ est culpa vt voluit glo. mentu tenenda secundũ Bar. ibi in.l. tutio fundus. de condi.et demonſ.quam commendat Ang.in.l.ij.ff.de eo per quem fac.erit.refert sequitur q; do. Joã.lup.de pal.rub.in.d.repe.i rub. col. xxvij.Ad q̃ facit.+q; dictũ notabilis viri inducit iuſtiſſimã credulitatẽ.ita Bal.in. l.indicia.in vlti.col.C.de reiuẽdi. allegat notata in.d.l. tutio fundus.+Et certe pro nobilib; semp debet pũmi in his q̃ spectant ad nobilitatẽ.verba sunt gloſe in.c. illõ.xl.diſt.allegat i argu.l.fi.ff.de fide instru.Et ideo Joã.an.in addi.ſpecu.i titu. de loca.ſup rub.i fi. dicit fuisse excusatuz quẽdã castellanũ.qui ex eã cõstitutu loco sui quẽdã nobilẽ.qui postea tradidit arcẽ inimicis.q; nõ erat pr̃sumẽdum q; nobilis pditionẽ faceret.in quo cõsulunt Old.cõ ſi.xcij.z videte Ludo.ro.ꝑſi.cccxcv.incip. vt res clariores.zc.referũt. Jaſ.in.d.ſ.sed si acceperit.do. Joã. de pal.rub.in. d. rub. col.xxvij.Et per ista dixit Ang. in.d.l.ſi a bone fidei.ff.de reiuendi.+q; si tutor vel curator depoſuit pecunias minoris apũ campſorem.ad cuius fidem cõiter currebatur. perditis per fugam pecuniis aut cassationem dicti campſoris. non tenebitur tutor.arg.illius.l.z est casus in.l. si res pupillaris.ff.ũ adminiſ. tuto.z optime facit.l.pign⁹.C.de pigno.ac.q̃ est mẽti tenendũ q; quotidianũ secũdũ eundẽ do. Joã.de pal.rub.in.d.rubr.col.xxvij.quẽ etiaz videatis ſuper.C.col.cccclviij.vbi addit z per duas alias sequẽ.col.+Numquid cãbia mercatorũ sint licita.cõis conclusio est q; sic dũmodo non excedant cõmunem consuetudinẽ z cursum.ita determinat Bal. in rub.C.de consti. pecu. in prin.et in.q.per eum disputata. q̃ incipit statuto q; fenerator. in prin. sic etiam firmat Archi. xiij. q.iij. c.j.et multum late

11

12

13

14

15

Cambia mercatorum sint licita

Saly.in anet.ad hec.ũ vsu. Joã.de ana. in.c.naviganti.de vsu. Joan. cal.in cõſi. xj.posito sub rub.de vsu.Alex.in ꝑſi.lxj. incip.viso processu cause vertentis inter Joannem.in vlti.col.an.ij. vol. Jaſ.in.l. cunctos populos. in.viij. col.de summa trini.et do.Joan.de pala.ru.in.d.sua repe.in.c.col.ccccl xxv.versi.quarto infertur.et ibi illum videte.z per tres col.seq̃.

16 †In commento istius.l.et materia dico. q; propter excellentiam hominis põt recedi a numero et a cõmuni statuto. Bal. notat per tex. ibi. in.l.sed et reprobari. ſ. amplius.ibi valde tamen disciplinatos. ff.de excusa.tuto.quod est dignum nota. secundum eundem ibi.per quem tex.et notabile Baldi.inquit Ludo.ro.in.l.cuz quidã.ff.si certum peta. fuisse determinatum.q; si ex forma statuti minor quadraginta annis non poterat deputari ad lecturam ordinariam. non haberet locum in doctore valde excellenti. nam per magnam excellentiam receditur a statuto ordinarie lecture.vt retuli Bal. per ipsũ tex.Idem ait ipse Ludo.in.l.si cũ dices.ſ. si arbiter.per tex.ibi in versi. quod puto ita verũ esse.zc.ff.de arbi.Alex.in.d.l.cũ quid.in.j. col. ad fi. et ibi subdit facere quoq; not.per Bal. in probe. fforum.in finalibus verbis.idem etiam firmat Jaſ. in anet.inbemus.in vlti.col. de iudi. Ad quod facit bene tex.in.l.ad bestias.ff.ũ penis.et dixi in.l.xxxix.in versi.qui doctores ita possunt.zc.supra.istam conclusionem.ſ.q; propter magnam legalitatez personarum licitum est recedere a communibus regulis confirmat Jaſ. per aliqua dicta(que videatis)in prealleg.auct. iubemus in.d.vlti.col.Quod supra dixi de carcere nobilis et custodia illius est intelligendum prodere.nisi nobilis alia vice fuisset carceratus et fugisset.quia tũc diligentius foret carcerandus. glo. est Baldus.z Ludo.in.l.lege cornelia.ff.ad sillania. glo. est etiam in.l. si vt certo. ſ. nunc videndum.alias interdum.ff.commo. Francis. de curte.in.l.admonendi. xvij.char.in fi.ff.de iureiur. do.Joan.de pal.rub.in.d.rubri.col.xxviij. et ibi dicit q; de hoc tractatur latius per modernos in tracta.malefi.in parte fama publica. col.lij. versi.quarũ notandum.et in parte pro quibus Antonius fideiussit in.ij. col.pro quo est tex.bonus in.l.xiij.versi. mas si por auentura. titu.xxix. parti.vij.

17 +Que sit pena eximentis aliquẽ de carceribus vel facientis fugere incarceratos. videte Bar.et Alex.in.l.sed eximendi.ſ. item si quis.ff.ne quis eum qui in ius vocat.et omnimodo Jaſ.in.l.ij.ſ.quod prętor.in vlti.col.(quem.ſ.legit sub.l.j.)eo titu.z videatis.l.ix.z.xij.z.xiij.titu.xxix. par.vij.z.l.xj.titu.xiij. lib.ij. ordi.+Ad

18 quid tenetur qui eximit captum de manibus familie.videatis Bar.in.l.cunctos ff.ad.l.iul.mages. et in extrauaganti ad repũmendum.in verbo tangit. Bal.in.l. addictos.de epiſ.audi.Joan.fab.in.ſ.penales. insti. de actio. et in.l.fi.titu.xij.lib. viij.ordi. + Que sit pena incarcerati fu-

19 gientis a carcere.Respon.aut fregit carcerem.vel non.primo casu. tenetur pena tituli.ff.de effra.Secundo casu.ſ.quando non fregit carcerem. et inuenit hostium carceris apertum.non tenetur pena fracti carceris. et sic nec pena illius tituli. Ang.in.l.verũ.in.ij.per tex.ibi.ff.de fur. et in.l.j.ff.de effra. refert et sequitur Jaſ. in.l.admonendi.in repe.nu.clxxiij.ff.de iure iur.sed alias iudicis officio punitur d.l.j.in versi.q; si per negligentiam. et.l. xiij.in fi.titu.xxix.parti.vij. Quod procedit quando quis fuisset detentus in pro prio z publico carcere.vt dicit ibi ipse Jaſ. Quid autem esset si aliquis detinebatur vel custodiebatur in palatio ciuitatis aut in vna camera potestatis et inde aufugit fracto hostio vel muro.an tunc habeant locum iura in.l.in eos.ff.de custo.reo.l. milites agrum.ſ.pen.de re mili.dicentia fugientem a carcere haberi pro confesso et convicto. Prima consideratione videtur dicendum q; sic. per.l.succurritur. in versi.quia nihil interest parietibus an compedibus teneatur.ff.ex quib.can.ma io.l.nemo carcerem. de extrac.tribu.lib. x.et.l.ij.ff.de libe.homi.exhi.Secundo. nam incarceratus dicitur omnis ille qui non potest ad sui libitum ex loco recedere.ita Ang. in.l.j.C. de prima. carce. Juno.et doc.in.c.nuper.de senten.excõmuni. Bald. in.l.vna.circa.ix.col. C.de confe.In qua.q. veritas est in contrarium.ſ.q; detentus in palatio vel camera

et non in publico carcere si inde aufugiat fracto hostio, non propterea habetur pro confesso. et convicto secundum doc. in d. l. in cos. etiam. d. l. milites agrũ. in. d. §. penul. quoniam cum predicta iura sint penalia debent intelligi proprie et in vero et proprio carcere. et non debent extendi ad loca que large et impropprie loco carceris succedunt. l. cum quidam. de libe. et posthu. C. odia. de regu. lib. vj. Item quia in penis mitior interpretatio amplectenda est ad absolvendum reum. l. si preses. in fi. et. l. interpretationem. ff. de penis. Nec obstat. d. l. succurritur. in. d. versi. quia nihil interest. ꝛc. nam illa equiparatio ibi fit in materia favorabili. vt impeditus pariformiter restituatur in integrum ex clausula generali sine in carceribus fuerit retentus aut in vinculis vel qualitercunq; ita q; non potuit suis interesse negotijs. et sic in terminis Jaco. but. Guil. de cu. Albe. de ro. et Bald. in. d. l. succurritur. et ibi in fi. dicit Albe. q; ita vidit de facto determinari. q. predictam. Idem tenet Bald. in. d. l. admonendi. in. viij. col. versi. et an intelligatur fugere de carcere. ꝛc. allegat notata in. d. l. succurritur. cum. l. seq. et ibi Guil. de cu. Idemq; firmat Ludo. ro. in d. l. admonendi. in. xxij. col. et ibi Jas. in repe. nu. clxxiij. Et predicta iura in. d. l. in cos. et. d. l. milites. §. pen. procedunt. quando detentus effugit effracto carcere muro vel hostio. q; talis fugitivus habetur pro confesso et convicto. et ita proprie loquuntur illa duo iura. secus si aufugeret invento aperto hostio. nam tunc non haberetur pro confesso et convicto. Jaco. but. Guil. de cu. Albe. de ro. et Bal. in. d. l. succurritur. Bal. in. d. l. admonendi. in. d. versi. et an intelligatur fugere de carcere. ꝛc. sequitur simpliciter. Lud. ro. ibi in. d. xxij. col. et Jas. in. d. nu. clxxiij. que faciunt ad. l. xxxiij. utu. ff. lib. viij. ordina. Captus iniuste et incarceratus pro causa capitali. si non potest aliter evadere. sibi licitũ est occidere custodes carcerum. nec tenetur de illo homicidio. ita dixit Paris de puteo. in trac. suo sindica. in xxv. char. col. iij. et in eodẽ trac. in. lxxxj. char. in iij. col. vbi pro hoc allegat tex. in. l. nihil. ff. de capti. et. l. capitalium. §. ad statuas. ff. de penis. allegat etiam. l. j. ff. de bonis eorum qui ante sen. vbi dicitur q; licet qualitercunq; redimere sanguinem sunm. dixitq; Bald. per illam. l. in. l. et si legibus. si contra ius vel vtili. publi. Oldr. in consi. liij. incip. consuluit dubitari. in vlti. col. et hoc est vna limitatio ad. l. j. in prin. cum simi. ff. ad. l. cor. de sicca. sic vult Hypo. de mar. in d. l. j. in prin. in versi. vigesimo lecum do limita. Allegatq; Paris de puteo. vbi supra glosam in clemen. ij. in verbo † captus. ꝛc. per violentiaz. de reiudi. que inquit q; licitum est iniuste carcerato rumpere iuramentum quod fecit de redeundo ad carceres refert Hypo. de mar. in d. versi. xxij. † Non omitto in materia q; incarceratus qui aufugit si reincarcerari nõ dicitur fugisse secundum Bald. in. l. j. in iij. col. C. de edil. ac. et in. l. j. in. iij. col. ad fi. de servis fugi. quia non dicitur factum quod non durat. l. item. §. q; si actor. quod cuiuscunq; vniuer. l. si pro parte. §. versum. de in rem verso. et. l. alta. C. de his quib. vt indig. Confirmo. nam si iudex mandat alicui sub pena q; exeat domum talem et illam discumbent. et ille cui factum est mandatum exiuit domum eamq; discumbrant. et postea in eadem reingressus est. q; cadit in dicti precepti penam. quia non dicitur factum quod non durat factum. vt in prealleg. iuri. et tale preceptum debet intelligi q; exeat et discumbret et perpetuo sic discumbratam teneat ita Bar. in. l. sicut. §. supernacuum. in ij. col. versi. redeo ad ordinẽ. ff. quib. modo pig. vel hypo. sol. vbi allegat ad hoc. l. servus. C. de penis. Confirmo secundo. q; si ex forma statuti bannitus nõ potest stare vel habitare in certo loco aut civitate. alias possit ibi capi et decapitari. tale statutum non habet locum in bannito transeunte et comedente in hospitio. Mell. in suo tracta. banni. in prima parte secundi tempo. q. lviij. quam secundam confirmationem fortifico per tex. in. l. si quis post hanc. C. de edifi. priva. vbi dicitur q; licet non possit quis mermora de civitate ad rus transferre. si tamen de vno rure ad aliud traducere voluerit. poterit etiam per medium civitatis. per quem tex. dixit And. de Yserma. in rub. que sint re-

galie. lib. feu. col. fi. q; si aliquis veniret de vltra marc cum equis et armis vadens Romam. et transiret per regnum Sicilie. vnde equi et arma non possunt extrahi libere absque pena. sine regis mandato. tales equi et arma de vltra mare portata cxibunt sine mandato predicto. Et per eundem tex. ait Archi. aliud non minus singulare in. c. sicut. xvij. q. iij. q; si aliquis a iusticiario extra ciminterium vel ecclesiam capiatur. et deducatur per ecclesiam. et inde violenter extrahatur. non videtur ecclesie immunitatem violare. quod est bene not. et valde quotidianum secundum Do. Joan. de pal. rub. in. d. rub. col. clvij. Confirmo tertio. q; si testator reliquit ecclesie centum. vt inde emat fundum. ecclesia emit fundum. postea vult illum vendere. an possit. et inquit quod non. Bald. in. l. si quis ita. C. de pac. inter emp. et vendi. et ibi assignat rationem. quia videtur actum ad hoc quod emat et perpetuo possideat. et dicit quod pro hoc est tex. valde not. in. l. titio fundus. in prin. cum simi. de condi. et demonst. et per consequens non dicitur emptum quod non durat emptum. Confirmo quarto. per notabilia verba Ludo. Ro. in consi. dx. incip. quoad primum. in ix. col. versi. Secundo quia licet. ꝛc. et per Bald. in repor. suo. in verbo bannitus. in versi. quid si bannitus capiatur. ꝛc. vbi dixit. q; stante statuto quod capiens bannitum habeat certum premium. si quis cepit bannitum. qui postea sibi aufugit non debet habere premium statuti. Et pro predictis faciunt dicta per Sozi. in consi. lxxvj. incip. visa. ꝛc. in. ij. col. et in cõsi. cxxxiij. incip. profecto. in. ij. col. post medium. Item faciunt que dicũtur a scribentibus in pluribus locis videlicet q; illa que durant tantum momento temporis non sunt in consideratione et aliquid non disponunt. Bald. in. l. ex facto. §. fi. ff. ad trebe. in. l. quod de. pariter. de reb. dub. et in. c. j. §. quinetiam. in titu. episcopum vel Abbatem. in vsi. feu. de quo vltimo an sit verum et quãdo. videatis Jas.
22 in. l. non tantum. C. de lega. † In cõmento presentis. l. sciendum est. q; prohibens victum vel stratum incarcerato deferri. tenetur vt in. l. si victum. ff. de re iudi. et ibi notatur per tex. et scribentes. q; incarceratis non debent denegari alimenta ecclesiastica. quia carcer non debet esse ad penam sed ad custodiam. vt inquit iurisconsultus in. l. ant damnum. §. solent. ff. de penis. † et ideo de iure civili pro delicto non potest delinquenti imponi pena perpetui carceris vt ibi. et est tex. in l. incredibile et ibi Bald. et alij. C. de penis. Secus est de iure canonico. quo iure potest imponi pena perpetui carceris tex. est in. c. quamvis. de penis. lib. vj. et tenet Bart. in. l. imperium. in. iij. col. ad fi. ff. de iurisdi. omnium iudi. 23
† Et incarcerati si non habent de suo 24
vnde se alant. providendum est eis de publico. l. iudices. de epis. audi. Jac. de rave. Albe. de ros. Rapha. cu. et Jas. in. d. l. si victum. facit tex. in. l. lege cornelia. ff. ad sillania. Alibi habemus glo. in. l. fi. super verbo agnoscere. de erogatione mili. anno. lib. xij. que vult q; si debitor incarceratus non habet vnde se alat. est alendus ab illo qui fecit eum incarcerari. quam dicit non esse alibi et notabilem Bar. in. l. sanctum. ff. de rerum divi. et de illa in effectu ad hoc fuit memor Bart. in. l. illicitas. §. ne potentiores. in vlti. col. versi. quero peto a iudice. ff. de offi. presi. et per eandem inquit in specie Ang. de arc. in. §. fi. insti. de act. quod si creditor fecit carcerare debitorem. debet illum alere suis sumptibus. si debitor non habet alunde. alias iudex debet eum relaxare. quod est perpetuo notandum secundum eundem ibi. vbi etiam ait in fine. predictam glo. esse ad hoc singularem. Et per ipsam quam reputat mentis tenendam dicit Ang. in. l. minime. C. de appel. q; carceratus pro causa civili debet habere sumptus a facicnte illum incarcerari si debitor non habet. et ideo secundum eum Florentini habent pro statuto. q; carcerato pro debito debent subministrari sumptus quotidiani per creditorem. que faciunt ad. l. v. tum. xij. lib. v. ordi. Adverte q; incarceratus p crimine publici iudicij si non hz vnde se alat. dz alj de publico. cuã si non ex officio iudicis sed ad instantiã accusatoris sit

incarceratus.et sic intelligo quod dixi in versi.& incarceratī si nō habent et probaē ex allegationibus quas ibi posui.Et crederem idem.si per delictum priuatum detineretur in carcere et accusator intentasset solum ad penaz criminalem & non ad aliud suum interesse.Tamen qñ prō causa ciuili est carceratus si non hz vnde se alat.est alendus ab illo qui euz carcerari fecit.alias iudex illū relaxare dz.dixi & allegani. In superioribꝫ si memores estis dixi.q si incarceratus frangendo hostiū vel murum carceris proprij & publici fugit ab illo.tenetur pena fracti carceris.et habetur pro confesso & cōicto.& probatui.cui addo quod inquit Jac.de bel.visu. in sua prac. iudi. in titu. de questio. folio
25 xj.col.iij.cum duabus seq̄. † In quo obliuioni tradendū non est.q si incarceratꝰ non exiuit penitus. sed inde cum vellet exire carcerem fuit repertus. q perinde teneatur ac si exiuisset.l.quis sit fugitiuus §.aut versi.idem Celius ait.ff.de edil. edic.l.iij.§.aut versi.et is qui volens. de remili.l.fi.versi.sicuti cum queritur an is q̄ sibi.&.ff.de bonis eoꝝ qui ante senten. moz. sibi cōsci.&.l.si quis aliquid.in.fi.ff. de penis.Aduerte q ista.l.solū declarat d.l.iij.&.v.cū concoz.titu.ij.lib.iij.ordi. quantū ad capturam. ex quo sequitur q d.ll.iij.&.v.q̄ prohibent nobiles alias hijos dalgo torqueri & iura cōia.d.ll.milites decuriones.diuo marco. C. de questio.que loquuntur in alijs priuilegiatis vt non torqueantur. nec alij qui in hoc gaudent eoꝝ priuilegio.seruentur illesa. †Et intantum decurio non torquetur per. d.l.decuriones. q etiam si desijt esse decurio.non potest illo iure torqueri in memoriam prioris dignitatis.l.fi.ff. de decurio. Confirmo. qui deposuit adnocationis officium est in dignitate & appellatur clarissimus. tex. est quez ad hoc notat ibi Bart.in.l.j.C.de aduo.diuer.iudicum.ex quo infert ibidem. q non debet torqueri tanquam habens dignitatem.& iuramentum mittendum est ad cū tanquam ad egregiam personam. Confirmo secundo.quia licet libertas sit libera persona vulgaribus iuribus. tamē cū semel fuerit seruus. adhuc durant reliq̄ seruitutis. ꝓpter quas videtur q adhuc posset stipulari patrono sicut poterat stipulari domino quando erat seruus eius l.talem.§.fi.ff.de here.instit. Confirmo tertio.q durat memoria prioris dominij. ix ta glo. in.§.fi.instit. de tutel. et glo.in.c. si qui episcopi.xcij.dist. Confirmo quarto.q qui semel fuit seruus alicuius. non potest amplius torqueri nec interrogari in caput eius ob memoriam precedentis dominij.tex.est in.l.vnus.§.seruus in eius.ff.de questio.et in.l.seruos.in scōa. C.eo.sicut etiam quis honoratur in memoriam precedentis dignitatis.d.l.fi.ff. de decurio. Confirmo quinto. qui semel fuit Abbas et deposuit officium sine culpa.obtinet primum locum in choro & cōuentu post Abbatem in memoriam pristine dignitatis secundum Jo.de lignano.in clemen.j.et ibi Jmo.in vlti.q.ō statu mona.Confirmo sexto.q ille qui semel fuit legatus seu ambasiator debeē reuerētia in memoriam pristine legationis. secundum Specu.in titu.de legato.§.finitur.in fi.per tex.in.l.vnica.cum suis concoz.C.de comi.qui.puin.reg.lib.xij.Cōfirmo septimo. q offendens officialem vel eius familiam tempore sindicatus.punitur ac si eum offendisset tempore officij.quia adhuc remanent reliquie officij. id est appendices.ita Bal.in.l.obseruare.§.proficisci.in.vij.q.ff.de offi.procon. et lega.allegat in arg.l.j.C.vt cause post puber.adsit tutor.quod est intelligendum vt ibi per eum. Confirmo octauo. q ille qui semel fuit creatus tabellio & postea priuatus.si conficiat instrumenta tanquā tabellio. non punitur pena mortis. sed mitius quia iuuatur primordio veritatis. Bald. in.l. data opera. in.xiij. col.ad fi. C.qui accusa.non pos.secus si nunquaz fuisset creatus tabellio.nam tunc deberet puniri pena mortis. ipse Bald. ibidem. quem refert et sequitur Joan. de ana. in c.accedēs.in vlti.col.de crimi.fal.† Sicut 27
milites bellatores de iure torqueri non possunt. etiam precedentibus legitimis indicijs. d. l. milites. C. de questio. et. l. desertorem. in prin. versi. pena militum. ad fi. de re mili. ita nec milites aurati nostri temporis. eo quia ratio istius priuilegij non fuit exercitium militare sed quedam dignitas vel nobilitas scōm Ly. in

d.l.diuo marco. C. de questio. et ita in specie tenet Saly.in.l.j.in vlti.col. C.de iuris et fac.igno.et licet ipse non referat. Fuerunt verba Guil'. de cu. ibi. secundum Alex.in.l.centurio.in.iij.col.ad fi. de vulg.et pupi. vbi hoc etiam tenet. et dicit q idem sentit Bart.in. d. l.milites. vbi Bart. ait q ipse dicebat semel per
28 ter.ibi. et.d.l.diuo marco. † q vnus potestas miles vocatus fuit ad sindicatum. et cum probaretur delictum contra eum per indicia.sindici volebant illum ponere ad torturam. q non poterant per supradicta duo iura. † Et non 29
valet consuetudo q decuriones et alij in dignitate positi torqueantur. neque talis consuetudo seruanda est. notat Bart. per ter. ibi. in. l. omnes iudices. de decu.lib.x.quod est not.secundū eundem ibidem. et est fortius et singularius secundum Jas. in. l. miles.in prin. in.j.col. ff. de re iudi. et ibi in relatione quam facit istius notabilis Bartoli.di-
30 cit etiam idem de statuto. † Priuilegia concessa militibus armate militie extenduntur ad milites legalis militie et sic ad aduocatos. glo. est communiter approbata secundum Jas. ibi in.d.l.miles. in prin.in.ij.col. ad idem est glo. quam ibi notat Bart. in.l.j.§.est et alius. in verbo ceperit. ff. si quis a paren. fuc. manu. nisi sint priuilegia concessa militibus propter presumptam ignorantiaz iuris. que non cadit in aduocatis.l.ij. §. seruius autem sulpitius. ff. de origi. in. et. l. professio. C. de munc. patrimo. lib. x. tenent quoq Ly. et Saly. in. d. l.j. C. de iur. et fac. igno. Alex. in. d. l.
31 miles. in prin. et ibi Jas. in. d.ij.col. † Et ideo sicut miles de iure torqueri non potest etiam precedentibus legitimis indicijs. dicta. l. milites. C. de questio. d. l. desertorem. in prin. versi. pena militum. ad fi. de re mili. et dixi. Idem est in aduocato. secundum Ly. in. d. l. milites. Raph. Fulgo. in consi. xxj. incip. in causa inquisitionis formate ad fi. Alex. in. l. centurio. in. j. col. de vulga. et pupi. et Jas. in. d. l. miles. in. d. ij. col. pro quibus est ter. in. l. aduocati. C. de aduo. diuer. iudicio. vbi disponitur q aduocati dicuntur ita in legibus militare. sicut milites armis. et habetur predicta decisio in quodam trac. de questio. qui attribuitur Bart. et facit quod inquit Bart. in. d. l. j. C. de aduo. diuer. iudicum. dixi. † Et priuilegium pre- 32
dicte legis centurio. et similium locum habet etiam in milite celestis militie. glo. est et communiter omnes in. d. l. miles. in prin. Bar. in. l. miles ita. § mulier. ff. de testamento mili. in. l. affectionis. ff. de dona. et in. l. ij. C. de dona. inter virum. et vxo. post Ricar. malum. Idem tenuit ipse Bart. in. l. mulierem. ff. de his quib. vt indig. tenetq Ang. in. d. l. miles. in prin. et ait q ista opinio est equa. quia non debet dari occasio vt clerici auocentur a diuinis. Joan. de Imol. in. l. si vero. § de viro. ff. solu. ma. Abb. in. c. j. de cleri. egro. Pet. de ancha. et Joan. de Imo. in. c. Odoardus. de solu. Alex. in. d. l. centurio. in. iij. col. et in. d. l. miles. in prin. et ibi Jas. in. d. ij. col. vbi isti vltimi domini referunt opinionem contrariam. et tenent primam quam Alex. infert pro conclusione notabili in. d. l. centurio. in. d. iij. col. versi. ex predictis etiam infero. † Non omit- 33
to q captus qui ducitur ad carceres si idoneos offert fideiussores. relaxari debet. alias fit ei iniuria et fideiussoribus tex. est et ibi doc. in. l. si vero. § j. qui satisda. cog. quod non solum habet locum in causis ciuilibus. sed etiam in criminalibus vbi pena pecuniaria venit imponenda. l. j. ij. et. iij. ff. de custo. reo. tamen captus pro crimine merente penam corporalem non relaxatur offerendo fideiussores. nam fideiussor non potest se obligare ad penam mortis si non presentauerit reum. glo. est reputata singularis in. c. cum homo. xxiij. q. v. Bar. in. l. si a reo. § fi. ff. de fideiuss. in. l. cos. § super his. per illum tex. vbi etiam Bald. C. de appel. Bart. in. l. item liberatur. § j. ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol. Ly. Bald. et Saly. in. l. ad commentariensem. C. de custo. reo. Bal. in repe. l. de quibus. in. ij. col. ad fi. ff. de legi. in. l. ij. C. de consti. pecu. in. l. executorem. in. vj. col. C. de execu. rei iudi. in. l. lege cornelia. ff. ad sillania. in. l. j. ne filius pro patre. in rub. c. res inter alios acta. in. l. pen.

in.iiij.col.C.de pac.et in.l.quotiens.in pan.ff.de noxalibus.Lano.in rubr.de fideiuss.et notat Alb.de ro.in.j.parte statutorum.q.lj: Illamq; glo.facit singularem Bal.in.c.ex rescripto.in penul.col. de iureiur.et Jas.in.l.non impossibile.in j.col.ff.de pac.ante quem tenuerat etiam hoc Alex.in.l.sepe.in.iij.col.ad fi.ff.de reiudi.Et vide Rode.Sua.de fideiussore in causa criminali folio.cix.Et quāuis fideiussor non possit ex suo contractu se obligare ad penam mortis(vt vidistis et dixi) tamen bene potest ex dispositione legis,secundū Bar.in.l.si quis reum.in j.oppo.ff.de custo.reo.Bal.in titu.de pace constan.in ver.ab vniuersitate.refert et sequitur Jas.in.d.l.non impossibile.q; ex dispositione statuti quis non obligat ad penam corporalem pro delictis alienis.quia esset contra ius diuinum z rationem naturalem.Bal.in.d.rub.c.res inter alios acta.in versi. Item nota q; per consuetudinem.et in.d.l.j.in.j.col.versi. secundo reuoco.ne filius pro patre.vbi allegat.d.c.cum homo.et predictam glo. ibi.xxiij.q.v.sequitur Saly.in.d.rub.et Alex.in.d.l.sepe.i.d.iij.col.ad fi. Huicq; vltimo dicto alia et sic secunda ratio assignari potest.s.nam quod in pacto deduci non pōt.nec in statuto.glo.est in rub. C.de decre.decurio.lib.x.et in.l.domini predioruz.de agrico.et censi.lib.xj.quas allegat ad hoc z sequitur Alex.in.d.iij. col.et notatur in.d.l.non impossibile.ff. de pac.et in.l.nec ex pretorio.de regu. iur. Sed sic est q; fideiussor non potest ex suo contractu se obligare ad penā corporalem per.d.glo.in.d.c.cum homo.et doc.prealleg.nemine discrepante.pro q; bus facit q; nemo videtur dominus membrorum suorum.l.liber homo.in.j.ff.ad.l. aquil.et.l.omne delictum.§.qui se vulnauerit.de re mili.que iura allegat etiam ad hoc Alex.in.d.iij.col.ergo neq; statuto.istam rationem quoq; assignat Bald. (licet non tam clare)in.d.l.j.C.ne filius pro patre.et in.d.rub.c.res inter alios acta.et Alex.in.d.iij.col.Et licet Bal.in d.rub.in.d.versi.item nota q; per consuetudinem.teneat idz esse in infamia q; in pena corporali(et non allegauit in hoc passu.et poterat dicendo.quia periculuz infamie et periculum mortis equiparantur.l.iuste.et ibi glo.j.ff.de manu.vindi. et.l.isti quidem.§.fi.quod metus causa) tamen contrarium putat verius Alex.in d.iij.col.ad fi.per.l.quisquis.cum concor.C.ad.l.iul.mages.vbi pro delicto paterno lex imponit penam infamie filije. igitur et statutum pari ratione hoc inducere potest ex causa.quod etiam voluerat Inno.in.c.grauem.ad fi.de senten. ex cōmuni.Et quamuis detentus in causa capitali non debeat fideiussoribus relaxari.d.l.j.iuncta ibi glo.super verbo fideiussoribus.vbi et Bar.ff.de custo.reo. tamen si constat de innocentia et sit conclusum in causa poterit relaxari.decisio est Ben.de plum.in.l.qui pene.argumēto versiculi.diuus quoq; pius.eiusdem.l. ff.de manu.et legis.quamuis indubitati. C.de adul.quam decisionem dicit singularem Jas.in.l,naturaliter.§.nihil commune.in.xxiij.col.ff.de acquiren.posse. †Hodie de consuetudine non suspenditur miles etiam ex delicto ex quo plebeius suspenditur.glo.est in.d.l.desertorem.§.pena militum.de re mili.vbi notat eam Bar.et subdit q; decapitatur miles. et q; ita seruatur in Italia.sed in Francia seruatur contrarium.quia quilibet etiam nobilis suspenditur.nec habet illa mors ita ignominiosa sicut in Italia.ita Bart. ibi.†Et dico q; etiam in his regnis Castelle non suspenditur miles et quilibet alius nobilis etiam ex delicto ex quo plebeius suspenditur.sed decapitatur.Et circa istā.l,videte.l.lx.et que ibi dixi supra. Unum tamen est q; illa.l.lx.solum loquitur de delicto.hic etiam de quasi delicto. et non esset bona solutio dicere q; ibi loquitur in muliere. hic in alijs preuilegiatis extra illam.quoniaz hic etiam mulier cōprehenditur.probat inquantū ait c o tras personas.et ibi o esentos.Nec q; erit bona solutio q; mulier nō q̄si delinquat. lz delictum committere possit.quin exemplis aut casibus.insti.de obliga.q̄ ex quasi delicto nascū.mulier tenetur.vt per casus illius tituli constat in eorum generalitate.Nec obstabit dicere q; in casibus illis solum sit masculinuz nomen.nam cū ibi masculinum proferatur a.l.z tractetur de odio rationabili z in materia indifferenti.comprehenditur z femininum.l.si quis id quod.§.serui quoq;.(quem.§.legit Bar.pro.l.)ff.de iurisdi.omniuz iudi. de quo plenius fui locutus in.l.vij.§.dicite igitur q; d.l.lx.sup pletur seu per hāc extenditur.l.non nouum.cum alijs.ff.de legi.

¶Sequitur recapitulatio legis ,lxxviij.

1 Rescriptum dans remissionem pene infligende ante commissum delictum non valet.quia inuitat ad delinquendum.

2 ¶Adulterium qualiter probetur.

3 ¶Adulterium verisimiliter non potest probari nisi per domesticos.

4 ¶Argumentum a contrario sensu dicit mens conjecturata legis.

5 ¶Argumentum a contrario sensu nō est casus legis obscurus.imo est aptissimus.

6 ¶Tractatus tales duplices non sunt de approbatis a iure.

7 ¶Uxor alicuius si requiritur per aliquē vt adulterium cōmitteret.que hoc marito pandit.maritus dixit vxori sue.q; fingeret se prebere aures z daret sibi tēpus z horam.ad quam veniret ad domū suā. ex hoc culpam aliquam non incurrit q̄nis ex post facto maritus hunc caperet virum z male tractaret.z videatis alia similia hic.

8 ¶Maritus si occidit vnum adulterozū. z omisit alterū in casu quo potest vtrūq; occidere,qualiter puniatur. 9

¶Adulterium remittitur vxori per maritum etiam tacite. 10

¶Maritus quando reliquit vxorem sine causa z interim cōmisit adulteriū.postea venit maritus z vult eam accusare ō adulterio quod cōmisit tempore quo reliquit eam sine causa.non potest. 11

¶Accusans aliquem vere criminosum gerens in animo potius vindictam propriam q; iusticiam publicam punitur. 12

¶Accusatus an mortaliter peccet si timēs condēnari negat veritatem. 13

¶Condemnatus iuridice ad mortē peccat fugiendo carcerem. 14

¶Inquisitus qui respondendo inquisitioni iurat non fecisse.si postea appareat contrarium,non per hoc punitur de periurio.

¶Accusare non potest existens in peccato mortali. 15

¶Blassemator frequens non accusat. 16

¶Accusatorum plurimas inhabilitates. 17

¶Peccatum mortale etiam continuatū non repellit a testimonio. 18

Universidad de Deusto
Biblioteca

Per istam.l. corriguntur iura in.l.si maritus.in.ij.ff.si.l.nihil interest.ff. cum alterum.l.vim passam.§.duos ff.de adulte.t.l.reos.C.eo.quod in tantum procedebant.q erat speciale in adulterio.q si qs adulterū et adulteram simul detulerat. nihil agebat.poteratq ēsi neutrum detulisset. t rursus a quo velit



L marido no pueda acusar de adulterio a vno de los adulteros seyēdo bivos: mas q̄ ambos adultero e adultera los aya d' accusar o a ningūo.

vi. vnú xbú q̄ pour iste dn. D.S. inf. 7. n. 6q. admed.

nullum facere.quia nihil prima delatione agit.d.§.fi.t libellus aliter non procedebat etiam si oppositum non fuisset.ita Bar.putando ibi.quod enim dixi fuisse speciale.intelligatis de dicto libello q̄ nō procedebat etiam si non fuisset oppositū. nam ita loquitur Bar.vbi.§.Sed in aliis putat ipse ibi.q si non opponitur.iudicū procedat.l.si accusatoribus.cum ibi nota.C.de accusa.idem tenet glo.secunduz vnam solu.ibi in.l.hos accusare.§.fi. vbi t Bar.ff.de accusa.t ibi etiam ait q in crimine adulterij duo non possunt simul accusari.s.masculꝰ t femina.allegat.d.l.maritus.in d.§.fi.t.d.l.reos.t q ratio istius colligitur ex.l.denūciasse.§.fi.ff.de adul. Sed hic disponitur contrarium.s.q maritus nō possit accusare de adulterio vnū ex adulteris vivis omisso altero. sed q ambos.s.adulterū t adulteram possit accusare aut neminem illorum. t quod per l.presentem cauetur. q ambos accusare possit(dixi)intelligendum est eodem libello.vel in diuersis eodez tempore.arg. l.quod ait lex.§.quod ait lex.ff. de adulte.licet enim per iura antiqua pena adulterij est alia q̄ capitis.l.si quis viduam.ff. de questio.tamen de iure.C. t parti. est vltimi supplicij in adultero.l. quānis. in ij.C.de adulte.l.xv.titu.xvij.parti.vij.sed adultera verberata in monasterium mittebatur.in auē.sed hodie.de adulte. t. d. l.xv.nunc conuictis de adulterio adultero t vroze mittuntur in potestate mariti vt de illis t omnibus eorum bonis quicquid voluerit faciat iuxta.l.j.titu.vij.lib. iiij.fozo.ll.cum igitur in penam mortis incurrat tam adultera q̄ adulter.iustum visum fuit q ambo aut nemo eorum accusentur ad euitandam malitiam per quam crederem q hec dispositio fuit facta.quia alias suasionibus mariti aut metu fortasse vroz committeret adulteriuz.vt ab eo adulter accuseꝯ et pena adulterij puniatur propter inimicitiam quam forsitan maritus erga illum habebat.t insuper lucretur bona adulteri liberis nō extantibus.vt in.d.l.j.fozi.t postea parcere vroti.vt in.d.auē.sed hodie. t in.d.l. xv.vbi adulter accusatus de adulterio illo probato penam mortis patitur.t adultera post inclusionem in monasteriuz.potest a marito parci.vel per malinolentiā odiumq̄ quod cum vroze haberet. faceret alium precibus aut precio attentare vrozis sue pudicitiam.vt sic comprehensam cum eo occidat.l.ij.titu.xv.lib.viij. ozdi.t.j.l.penul.incip.el marido que mata re. t non adulterum. vel eam accuset iuxta.d.l.j.fozi.omisso adultero. t vt hec tollantur horrenda.statutum erat.q ambo adulter et adultera mittantur in potestate mariti.vt ibi in prin.t.l.xciij. in pn. stili.Item non potest maritus occidere vnum sine altero.d.l.j.fozi.d.l.stili.que iura loquuntur quando iudicis auctoritate occidit illos.Et idem est quando propria auctoritate inueniendo eos in flaganti delicto.d.l.ij.in versi.pero si el esposo.ozdi.t.d.l.pen.quod intelligitur si ambos occidere pōt. d.l.ij.in.d.versi.pero.Item maritus non potest accusare de adulterio vnum ex adulteris vivis omisso altero.sed q ambos.s.adulterū t adulteram accusare possit.aut neminez vt hic ne materia delinquendi per tales duplices tractatus detur.† Hinc est q rescriptum dans remissionē pene infligende ante commissum delictum non valet.quia inuitat ad delinquendum.Salv.in l. castitati.in.j.col.C.de adulte. Mō taceo q d.l.ij.dicit.c si los accusare ambos o a q̄l

quier dellos.ex quibus verbis videtur q ante presentem.l.erat in electione mariti per.d.l.ij.accusare adulteros vel alterum eorum.sed quia expedit iura iuribꝰ concordare.l.vna.cum simi.de inoffi.doti.t ne inducatur correctio dicte.l.ij.vt in l.precipimus.in fi.C.de appel.per istā. videtur dicendum q illa huic non contradicat.probo.quia in.d.l.ij. dicitur q maritus seu sponsus possit vrozem aut sponsam(de qua ibi)occidere cum adultero.† si eos inuenerit in rebus venereis. vel in camera aut lecto q̄us ignoretur quid facerent.naz per ista probatur adulterium.glo.est multum bona secundum Bar.ibi.in.d.l.quod ait lex.in prin.ff. de adul.glo.et Bar.in.l.capite quinto. eo. titu.idem tenet ipse in.l.ij.§.fi.illiusmet tituli.† Et adulterium verisimiliter nō potest probari nisi per domesticos.Jas.in.l. non dubium.in.vj.t.vij.col.C.de legi.p quo sunt iura in.l.iij.C.de adul.l.x.titu. xvij.parti.vij.dicit etiaz.d.l.ij.ozdi.q maritus non possit occidere vnum adulterū dimittendo alterum si ambos occidere potest(et dixi.)cum occidendo vnū posset alter fugere vel liberari a conuicinis seu transeuntibus aut quia alias eripuit se deffendendo.Et procedens.d.l.ij.inquit predicta verba.s.c si los accusare ambos o a qualquier dellos.que verba debent intelligi.q si potest accusare ambos quod esset si adhuc viuunt. accuset ambos aut neminem vt hic ibi. seyendo bivos.sicut non potest omisso vno alteruz occidere casu quo possit vtrumq̄z occidere.d.l.j.fozi.d.l.xciij.stili.d.l.ij.ozdi.t.d. l.penul.j. Si autez vnus viuit mortuo altero.tunc verificatur illa particula.s. o a qualquier dellos.quod etiam hic probatur a contrario sensu si ambo non viuunt sed alter. † Et argumentum a contrario sensu dicitur meus coniecturata legis.notat glo.t ibi Bal.in.l.apud antiquos. C. de fur.Item dictum argumentum est textus.l.notat ipse Bal.ibi in versi.Item nota aliud.t allegat.l.qui testamento.§.mulier.ff.de testa.refert t sequitur Dyda.d e Segu. in trac. suo de bonis lucra. constan.mat.inter mari.t vxō.col.vj.in prin. t ibi subdit.q ipse dicit. † q tale argumentum nō est casus legis obscurus.imo est aptissimus.t ait ad hoc esse tex.not.in l.si quis locuplex.in fi.ibi vt apertissime curare videatur.t ff.de manu.testa. licet predictum argumentum est intellectus subauditus. glo. est expressa secundum Bal.ibi t notat illam in.l.ij.C.de condi. inser.t Dida de Segu.in.d.vj.col. Et q per istam.l.probetur.q si vnus tantum vinit q poterit a marito accusari. Confirmo (vltra iam dictum argumentum) quia in quantum hic dicitur.seyendo bivos. videtur dispositum per ablatiuum absolutum quod inducit conditionem.l. a testatore.ff.de condi.t demonst. t per consequens vult presens.l.q si soluz vnus vivit vnꝰ, possit a marito accusari. Et si supradicta concordia inter.d.l.ij.ozdi.t hanc in isto passu vobis non placuerit.dicite q in illo corrigatur per istam. Adducte q in.d.l. xciij.stili cauetur q si vnus ex adulteris fugerit.t alter fuerit captus t victus de adulterio per iudicium.q mittatur a iudice in potestate mariti qui occidere nō debet vsq̄ habeat alterum qui fugam arripuit.t illum etiam per iudicium vincat. quia occidat ambos si voluerit quod crederem non procedere hodie.nam potest maritus accusare ambos captum t fugitiuum.aut neminem per hanc.l.quibus victis de adulterio. captus est mittendus a iudice in potestate mariti. vt illius et bonorum suorum faciat quid voluerit.iuxta.d.l.j. fozi.ll.cum simi.hoc probatur clare in.d.l.ij. ibi que aquel contra quien fuere juzgado t̄c.titu.xv.ozdi. Contra illum qui aufugit habebit sententiam adulterij ex processu contra ipsum agitato in contumacia. Et per.l. xiij.in prin.titu. xvij.parti.vij.d.l.ij.versi. si el esposo los fallare.t.d. l. penul. infra corrigitur dispositio.l.penul.titu.vij. lib.iiij.fozo.ll. et non per rationem sapientum antiquorum.(de qua in.d. l.xiij.) q̄us sit bona sed ratione fraudis et malitie que possunt internenire etiam in casu.d.l.penul.fozi. saltem odio patris cum alio. qua de causa instigu aut metu eius. filia incitaret persuaderetq̄ alicui. vt effectualiter in rebus veneris cum ipsa haberet taliter q pater eum occideret.† Nam tales tractus

Universidad de Deusto
Biblioteca

duplices non sunt de iure approbatis. de quibus per tex. et notata ibi in. l. si quis seruo. C. de furtis. vbi duplex tractus permittitur. quoniam consilium corruptoris ad permitiem probitatis serui introductum est. ℭ quis enim seruus deterior minime factus sit. vt ibi. que licet loquatur in seruo ⁊ in casu speciali et odioso extenditur ad filium. glo. est in. l. quod vero. ff. de legi. Ad idem est glo. in. d. l. si quis seruo. super verbo corrumpi. vtraq; allegat. l. vt tantum. §. fi. ff. de seruo corrup. Extenditur etiam ad vxorem secundum ℙau. de Last. in. d. l. si quis seruo. vbi ait. † q si vxor alicuius requiritur per aliquem vt adulterium committeret. que hoc marito pandit. maritus dixit vxori sue q fingeret se prebere aures ⁊ daret sibi tempus et horam. ad quam veniret ad domũ suam. ex hoc culpam aliquam non incurrit ℭ quis ex post facto maritus hunc caperet virum ⁊ male tractaret. quod est valde not. secundum. do. Joan. de ℙala. rub. in illa sua repe. rub. ⁊ c. per vestras. de dona. inter vi. ⁊ vxo. in. c. col. cxx. Idem latius firmat ipse ℙau. de Last. in consi. cclxxvij. incip. in causa incarceratorum. in. iij. col. versi. vnde licuit marito. de quo in trac. male. fi. in parte Andream auxiliatorem. penul. col. et in parte a pensate. in fi. Idem dicit illemet ℙau. de Last. in. d. l. si quis seruo. quando aliquis qui habet fortalitium in custodia requiritur de proditione. q̃ potest dare aures ⁊ facere tractatum duplicem. ⁊ non delinquit. imo commendatus est. Et idem ait predictus do. Joan. de ℙala. rub. in. d. cxx. col. ⁊ iudice quem altera partium vult pecunia corrumpere. q̃ potest licite prebere aures. ⁊ ponere secrete testes qui eius verba corruptionis audiant. ⁊ coraz illis pecuniam recipere. ⁊ postea partem castigare. ⁊ sic de casibus similibus habentibus similem rationem aut similem equitatem ita ipse do. vbi. §. quod cessat in causa vel ratione per quam nostra. l. fuit cõdita. que vult impedire tractatum duplicem mariti cum vxore nõ precedẽte suasione aut requisitione alterius ad adulterandum cum illa. Et tractatum duplicem mariti cum alio. vt declarani in versi. quia alias suasionibus mariti. ⁊ in versi. vel per malunolentiam. supra. Quamobrem ista. l. statuta fuit quo ad accusationem adulterij de qua accusatione etiam loquitur. d. l. j. cum aliis. utu. vij. lib. iij. foro ll. ℙredictaq; causa aut ratio militat quoq; in casu. d. l. penul. in. j. respon. eisdem utu. lib. et foro. d. l. xiij. in prin. ⁊ tu. xvij. parti. vij. d. l. ij. ordi. ⁊ d. l. penul. j. que iura loquuntur quando propria auctoritate maritus ⁊ pater occidit: vt in eis. Si autem aliter q̃ hic continetur. accusauerit maritus. non procederet libellus licet non opponatur. arg. coraz que dixit Barto. in. d. l. si maritus. in ij. §. fi. ff. de adulte. † Et si occidit vnum ⁊ omisit alterum in casu quo potest vtrunq; occidere. vt in. d. l. xiij. in prin. utu. ⁊ parti. vt. §. d. l. ij. ordi. ⁊ d. l. penul. infra videtur q committat homicidium. ⁊ vt homicida pena legis Cornelie de siccarijs veniat puniendus. cum in. d. l. xiij. in prin. d. l. j. fori. ⁊ d. l. ij. ordi. dicatur q non possit vnuz occidere omisso altero si vtrunq; occidere potest. ⁊ sic per viam necessitatis ob negatiuam cuz verbo possit. Bar. in. l. gallus. in prin. de libe. ⁊ postliu. vbi ⁊ Bal. ceteri et Jas. Dida. de Segu. in. d. volu. suarum repe. folio. xcv. col. j. ⁊ in. d. suo trac. de bonis lucra. constan. mat. folio. xxij. col. j. cũ duabus sequen. Nec obstaret. d. l. xiij. in versi. otrosi el marido matando. ⁊c. vsq; ad fi. illius. l. vbi minor pena homicidio ponitur marito et patri occidentibus aliter q̃ in. d. l. cauetur. quia ibi cessat ratio de qua hic. vt supra dixi dicens quod ibi ponitur quedam ratio sapientum antiquorum. que est alia q̃ assignata per me ad istam. l. supra. Et si ratio predicta ad istam. l. haberet locum in casu dicte l. xiij. sequeretur quod illa corrigeretur per hanc. vel dicatis quod si maritus occidit vnum sine altero. in casu quo potest vtrunq; occidere. non vt homicida pena legis Cornelie de siccarijs puniatur. sed quod habeat locum dispositio dicti versi. otrosi el marido matando. ⁊c. moncor. ℙrimo quia in criminalibus debemus semper tenere mitiorem partem ad absoluendum. iuxta. l. interptatione cũ concor. ff. de penis. in tñ q̃ sancti

7

8

est impunitum relinqui facinus nocentis q̃ tm̃ocentem damnare. l. absentem. in prin. eo. titu. ⁊ volu. Secundo quoniã vbi est casus legis. vt in. d. versi. otrosi el marido ⁊c. nulla est dubitatio seu questio notat Bar. in. v. not. per tex. ibi in. l. ancille. vbi ⁊ Bal. in. iij. not. C. de fur. Et non obstat quod dixi per verbum potest cum negatiua. nam licet predicta iura regni prohibẽt marito occidere adulteros alias q̃ in illis. tamen non ponũt aliquã penam marito occidenti aliter. ⁊ ponit illam dictus versi. Aliqua alia de adulterio dixi ⁊ ibi videatis in. l. iij. super parte. o que ayan derecho. in versi. secundus est ob adulterium. per vj. aut. vij. col. sup.

9 † Et remittitur adulterium vxori per maritum etiam tacite. vt in. l. v. cum ibi notate per Hõtal. utu. vij. lib. iij. foro. ll. quibus addite alium casum in quo maritus non potest accusare vxorem de adulterio. s. † quando maritus reliquit vxorem

10 sine causa ⁊ interim cõmisit adulteriũ. postea venit maritus ⁊ vult accusare illã de adulterio quod cõmisit tempore quo reliquit eam sine causa. per tex. in. c. si tu abstines. xxvij. q. ij. quem reputat ad hoc singularem Saly. in. l. quoniaz. C. de adul. In materia delictorum sciendum est. † q

11 accusans aliquem vere criminosum. gerens in animo potius vindictam propriã q̃ iustitiam publicam punitur. ⁊ ex. est secundum doc. ibi. ⁊ Feli. in. c. accusasti. ō

12 accusa. † an mortaliter peccet accusatus si timens condẽnari negat veritatem. conclusio est q̃ sic secundum Abb. in. c. j. de testi. cog. quem ibi refert ⁊ sequitur Fely. ⁊ videatis additionem ad Abb. in c. is qui. in. ij. not. super verbo mendacio. ad fi. de solu. ita in simili concludit Bar. in. l. relegati. ff. de penis. vbi tenet allegãdo theologos. † q̃ condemnatus iuridice ad mortẽ. peccat fugiendo carcerem. secus si mors esset violenta vel carcer. gl. est in clemen. pastoralis. super verbo p violentam. de senten. ⁊ re ind. Abb. in. d. c. j. de testi. cogẽ. in. ij. col. vbi ⁊ Fely. idẽ tenet Jas. in. l. admonendi in lec. in. xiij. col. ff. de iure iur. † Et sciendum est q̃ in- 14
quisitus qui respondendo inquisitioni iurat non fecisse. si postea appareat contrarium. non per hoc punitur de periurio. ⁊ ita fuit consultum per quosdam peritos doc. Alex. in addi. ad Bar. in. l. j. sup verbo quero. ff. de bonis eoruz qui ante sententiaz mortis sibi consci. quod dictum Alexãdri est solẽne. ⁊ pauci sciunt illud secunduz apostillã. ad Abb. in. d. c. j. super verbo q̃ sic. ⁊ ita videtur posse limitari. d. cõclu. Abbatis. vt illa procedat in foro poli. ⁊ non in altero. Hanc limitationem ponit dicta apostilla. que faciunt ad iura cõmunia. l. cxxxvj. stili. l. xij. in fi. in ordina. de Madrid. (que est in volu pragmaticarum) cum aliis folio. xlviij. loquentia illoruz qui iurant ⁊ negant veritatem ⁊ dicunt mendacium. † Existens in peccato 15
mortali non potest accusare. tenent scribentes in. c. a nobis. de excep. ⁊ Abb. in c. testimonium. in. iij. col. de testi. dummodo sit peccatum continuatuz secundũ eundem ibi. ⁊ Feli. in. d. c. a nobis. in vlti. col. ⁊ ibi subdit cogitemus vtrum ante cõfessionem possit accusare habens peccatum momentaneum. ⁊ videtur q̃ sic. quia cõtractus cum proposito confitendi nõ dicitur esse in peccato mortali. Abb. in. c. omnis. de peni. ⁊ remis. ⁊ Fely. in sermone de penitentia. Confirmo. ab ordine non repellit simplex peccatum non continuatum. doctores in. c. fi. de tempo. ordi. sed ordo ⁊ accusatio parificantur. c. ipsi. ⁊ c. testes. ij. q. vij. pulchre ℙet. de Ancha. in consi. cccxv. incip. primuz dubiũ. ergo qui nõ repellitur ab ordine. nec ab accusatione. iuxta quod inter alia que in quit ipse ℙet. de ancha. in. d. cõsi. est. † q 16
frequens blasfemator non accusat. † plu 17
rimas inhabilitates accusatorum videte per moder. in lib. maleficiorum. folio. xiij. cum pluribus sequen. † ℙeccatuz morta 18
le etiam continuatũ non repellit a testimonio. vt efficaciter probat Are. in. d. c. testimonium. in. ij. col. cum duab⁹ sequẽ. de testi. refert ⁊ simpliciter sequit̃ Feli. in d. c. a nobis. in. d. vlti. col. de excep.

Condenad iuridice ad mortem peccat fugiendo carcerem

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Sequitur recapitulatio legis.lxxix.

1 Uxoris appellatione continet spõsa de presenti.de quo videatis hic.

2 ¶Preuilegia uxoris habent locũ in sponsa per verba de presenti.

3 ¶Matrimoniuz qualecunq; neq; spem matrumonij violare permittitur.

4 ¶Statu liber dicitur qui habet spem libertatis.

5 ¶Promisit aliqs sub pena tractare mulierem suam vt uxorem. quod quotidie contingit.q uxor recedit de domo mariti conquerens se male tractari per maritum.deinde intercessionibus consanguineoꝝ reconciliatur vt ad domum mariti reuertatur.qui promisit consanguineis tractare illam vt uxorem sub certa pena. quando dicatur tractare vt uxorem et quando non.z sic quando incidat in penam.

6 ¶Legatum quid importet si testator in testamento mandet uxorem honorifice debere tractari eo modo z forma prout ipse faciebat quales vestes sibi debeant.

7 ¶Donatio inter virum z uxorem valet in casibus de quibus remissiue hic.

8 ¶Successio ab intestato q̃uis habeat locum inter conuiuges veros.tamen nõ habet locum inter conuiuges putatiuos.

9 ¶Disposita in actu vero non habent locum in actu putatiuo.

10 ¶Matrimonium verum z putatiuum regulariter equiparantur.z corroboro medijs que videatis hic.

11 ¶Accusatus de adulterio commisso in seiam uxorem tuij.qui respondendo accusationi dixit.confiteor me cognouisse dictam seiam carnaliter.an per hoc videatur confiteri eam uxorem tuij:de quo videatis late hic.quia pono in prosecutione huius questionis aliqua bona.

12 ¶Matrimonium sicut prohibetur ratione consanguinitatis vsq; ad quartuz gradum inclusiue.ita prohibetur ratione affinitatis que contrahitur per copulaz carnalem vsq; ad quartum in primo genere tantum.

13 ¶Matrimonium si contraho cum matre alicuius.filius.frater.vel alius cõsanguineus meus poterit contrahere cum filia aut sorore uxoris.

14 ¶Dispensandi super matrimonio contracto vel cõtrahendo in gradu.l. canoñ. prohibito.duas causas videatis hic.

